Eterna itaqꝫ dona ſpe firmiſſi-
ma cōcupiſcamꝰ. filij dei eſſe. ac-
cepta ꝑtate ꝑſumamus. An ad-
huc dubitamus q̇d faciat nos fi-
lios dei qui ꝓ nobis naſci volu-
it filiꝰ hoīs. Et ecce ſanguie ſuo
nos emit. reprobatos ꝓbauit. in
iuriatos honorauit. redemit vē-
ditos. viuificauit occiſos. ⁊ quō
nō daret nobis bona ſua. qui vt
iuſte daret ſuſcepit mala noſtra.
Gaudeamꝰ ḡ ⁊ toto corde exul-
temus. ſed in dn̄o nō in ſeclo. in
veritate nō in iniq̇tate. ī ſpe eter-
nitatis non in flore vanitatis. et
tm̄ de ſermone iſto.

¶ De natiuitate dn̄i ſmo IIII. in ordine. X.

Multiphariam mltiſqꝫ modis olim deꝰ loquēs ꝑribus in ꝓphetis. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobiſ in filio. ad Hebreos. j.

A Celeberrimā dn̄ice natiuā-
tis feſtiuitatē cū gaudio celebrā-
tes. diuinū deuotiſſime adoremꝰ
miſteriū. Ad qd̄ btūs Leo in ſer.
2. huiꝰ feſti hortaꝛ di. Exultemꝰ
in dn̄o dilectiſſimi. ⁊ ſpiritali io-
cūditate letemur. qꝛ illuxit dies
redēptiōis noue. reꝑatiōis anti
que. felicitatꝫ eterne. Repaꝛ eni
nobis ſalutꝫ nr̄e annua reuoluti
one ſacrm̄. ab inicio ꝓmiſſum i fi
ne redditū. ſine fine mãſurū. in q̃
dignū ē nos ſurſum erectꝫ cordi-
bus diuinū adorare miſteriū. vt
qd̄ dei mūere agiꝛ. magnis eccl'ie
gaudijs celebreꝛ. Et vt idez inq̇t
ſer. 6. nihil celebriꝰ nihilqꝫ magꝫ
fidenter ſpiritali mens attigit in
tuitu. qꝫ ꝙ deꝰ dei filiꝰ genitꝰ de
pr̄e coeterno. idē etiaz ꝑtu ē natꝰ
hūano. Sꝫ hāc adorādā in celo
⁊ i terra natiuitatē nullꝰ nob di-
es magiſqꝫ hodiernꝰ iſinuat. Nō
ſolū eni in memoriā ſꝫ in ↄſpectū
quodāmō redit angeli gabrielis
cū maria ſtupēte colloquiū. ⁊ ↄce
ptione d ſpūſctō. tā mire ꝓmiſſa
qꝫ credita. autor mūdi editus eſt
ytero ꝟginali. Et q̇ oēs naturas
ↄdidit. eiꝰ ē factꝰ filiꝰ quā crea-
uit. Hodie ꝟbū dei appuit carne
veſtitū. ⁊ qd̄ nūqꝫ fuit hūanis o-
culis viſibile. cepit etiā māibꝫ eē
tractabile. hodie i nr̄e carnis aīe
qꝫ ſuba. ſaluatorē angelicꝫ vocibꝰ
didicere paſtores. ⁊ apd̄ dn̄icorū
ꝑſules gregū hodie euāgelizādi
forma pcōdita ē. vt nos q̇ꝫ cū ce-
leſtꝫ milicie dicamꝰ exercitu Glo
ria i ex. d. Et i ter. p. ho. ⁊c̄. h ille
¶ Venit eni dn̄s iħs xp̄c ↄtagia
nr̄a auferre. nō ꝑpeti. nec ſuccū-
bere vicijs ſꝫ mederi. veīt vt oēm
lāguorē corruptōis ⁊ vniūſa vul
nera ſordentiū curaret aīaꝝ. ꝑpꝛ
qd̄ oportuit vt nouo naſcereꝛ or
dine. q̇ nouā ipollute ſinceritatiſ
grāz hūanis corꝑibꝰ inferebat.
Oportuit vt ꝓmā genitricꝫ inte-
gritatē naſcētꝫ incorruptio cuſto
diret. vt cōplacitū ſibi clauſtꝝ pu
doris ⁊ ſc̄titatꝫ hoſpiciū. diuini
ſpūs ꝟtus iſuſa ſuaret q̇ ſtatuit

deiecta erigere. cōfracta ſolida-
re. ⁊ ſuperandis carnis illecebris
multiplicatam pudicicie donare
virtutem. vt ꝟginitas que in a-
lijs nō poterat ſalua eſſe generā-
do. fieret imitabilis renaſcendo
Leo ſer. 2. Impletum eſt in fine
ſeculoꝝ qđ erat ante tp̄a eterna
diſpoſitū. ⁊ ſub p̄ſentia rerum ſi
gnis ceſſantibus figurarū. lex et
ꝓphetia veritas facta ē. vt abra
am fieret omniū gentium pater.
Et in ſemine eius daretur ꝓmiſ
ſa benedictio. qđ etiā Apl'us ad
Gal'. 3. cōmemorat dicēſ. Abrae
dicte ſūt ꝓmiſſiōes ⁊ ſemini eiꝰ.
nō dicit ſeminibꝰ. quaſi i multis
ſed ſemini tuo qui eſt chriſtus.
Hic eſt filius in quo locutꝰ ē no
bis diebus iſtꝭ. deꝰ pater. poſtq̄
olim. multipharia multiſq̄ mo-
dis locutus eſt patribꝰ in ꝓphe-
tis. pro gratia. Aue maria.
☞ B ¶ (Multipharíam ⁊c̄.
Adorāda nobiſ eſt ſacroſctā nr̄i
ſaluatoris natiuitas. ac toto ca-
ritatis affectu flāmigero. cū ma-
gnis grārūactionis vocibus col
laudanda. Sed quō rite adora
tur. qđ nō itelligitur. aut quibꝫ
verbis laudat̄ qđ lingua nō exꝓ
mitur. qm̄ vt dicit Glo. ſuꝑ epi.
ad Heb. nec ad loquēndū digne
de deo lingua ſufficit. nec ad ꝑci
piendū ꝑualet intellectus. multa
em̄ đ deo itelligimꝰ q̄ loq̇ penitꝰ
nō valemus. multa recte loq̇mur
que intelligere nō ſumꝰ ydonei.
ideo nec cognitiōis inopia. a lau-

de deficiamus creatoris. de do-
ctrina eius qui ad terciū raptus
celū. etiā eā cognouit que ad no-
ſtrā informationē ſcriberet. epi
ſtola legi ſtatuta eſt. in qua nati
regis nr̄i excellentia. q̄ztū huma-
num ingenium capere. et verbis
exprimi poterit Apoſtolus de-
clarauit cum ait. (Multiphari
am multiſq̄ modis ⁊c̄.) Recitet̄
ſi placet epiſtola ex toto. ¶ In
hac epl'a apl's p̄mo ꝓponit. ꝓmiſ
ſionē ad patres factaꝫ ꝑ xp̄i nati
uitatē eſſe impletam. Scđo xp̄i
nati oſtendit excellentiā. Tercio
q̄ dixit probat ꝑ ve. te. ſcripturā.
¶ Circa primū innuit hāc ꝯclu-
ſionem. ¶ Promiſſio patribus
multipharia ꝑ ꝓphas facta. tūc
cū deus pater locutꝰ eſt nobis in
xp̄o ſuo filio. fideliter ē impleta
Hoc eſt quod dicit. ml'tipharia
id eſt ꝑ diuerſas figuras ⁊ vela-
menta. in ſacrificijs et ſacramētꝭ
et huiuſmodi. que erāt figure eo
rū que facta ſunt ꝑ xp̄m. Mul-
tiſq̄ modis loq̄ndi ſiue reuelādi
aliq̄n ꝑ viſionē corꝑalē. vt de ar-
ticulis et ſcriptura apparēte da-
rio. Dan̄. 5. Aliq̄n ꝑ viſionē ima
ginariā ſicut Iſa. 6. Uidi dn̄m
ſedentē ⁊c̄. Aliq̄n ꝑ viſionē tātū
intellectualē. ſic dauid. Aliq̄n ꝑ
ſomniū vt Dan̄. Aliq̄n apta vo
ce vt moyſi. Olim loq̄ns ex an
tiquo et multo tp̄e. vt paulatim
aſuefaciēdo creſcerent in cogni-
tione miſterioꝝ incarnationis ⁊
veritatꝭ. q̄ ꝑ xp̄m facta eſt. Qui-

bus angeli reuelabãt occulta dei
et ipſi vlteriꝰ populo. Uñ ange⸗
lus moyſi ex pſona dñi locutꝰ ē.
vt habet Act. 7. Hic eſt moyſes
qui fuit in eccleſia ī ſolitudine cū
angelo q̇ loquebat ei in ſolitudi⸗
ne. et ibidē accepiſtis legem in di
ſpoſitione angeloꝝ ⁊ nō cuſtodi⸗
ſtis. Ad idē ꝑtinet qđ ca. 2. huiꝰ
epiſtole aplus dicit. Si enī qui
ꝑ angelos dictus eſt ſmo. factuſ
(ad moyſen ſcʒ) eſt firmus ⁊c̄.
¶ Nouiſſime diebus iſtis. i. tpe
gratie et veritatiſ reuelate. locutꝰ
eſt nobis ī filio. i. ꝑ filiū incarna
tū. ¶ Sʒ videt ꝙ dictū apo
ſtoli ꝯriet dicto ꝓphe. Ps. 61.
Semel locutꝰ eſt deꝰ. ⁊ Job. 33.
Semel loquit deꝰ et idipm non
repetit. Si ergo ſemel. quō mul
tipharia multiſqʒ modis. Sol
uit Glo. in ps. pfato. Apud ho⸗
mines multis modis. apud ſe ſe⸗
mel. qꝛ vnū verbū genuit ꝑ qđ et
in quo oia facta ſunt. Et Greg.
in moralibꝫ ſuꝑ verbo pallegato
loqui dei eſt verbuʒ generare. qꝛ
pter vnigenitū aliud non genuit
ꝟbū. hoc apud ſe. ſʒ apud hoīes
ꝑ ſubiectas creaturas. loquit ꝑ
ſcripturas. Sʒ ſpecialr ⁊ ſingu⸗
larit ꝑ filiū incarnatū. Sʒ q̄⸗
re nō pmo. ſʒ nouiſſime nobis lo
cutus ē in filio. Videt em maio⸗
ris dilectiōis opus fuiſſe ſtatī la
pſo ſubuenire. ⁊ non finē tpis ex
pectare. dicit aūt apls ad Eph.
2. Deus qui diues eſt in miſicoꝛ
dia. ꝓpter nimiā caritatē ſuaʒ q̄
dilexit nos. cū eſſemꝰ mortui pec
catis. viuificauit nos in xpo. ca⸗
ritas aūt nō tardat ſubuenire a⸗
mico neceſſitateʒ pacienti. ſm illđ
Prou. 3. Ne dicas amico. vade
et reuertere. cras dabo tibi cum
ſtatim poſſis dare. Huiꝰ dila
tiōis plures aſſignant cauſe q̄rū
aliq̄s tāgit btūs Tho. ꝑ. 3. q. 1.
arti. 5. Prima ꝓpt ꝯditionē pec
cati. qđ ex ſupbia ꝓuenerat. vñ
opus fuit liberādo hoī. vt reco⸗
gnoſceret ſe liberatore indigere.
Uñ Glo. ſuꝑ illđ ad Gal. 3. oꝛ⸗
dinata ꝑ angelos in manu medi
atoris. Magno inquit dei cōſi⸗
lio factū eſt. vt poſt hoīs caſum.
nō ilico dei filiꝰ mitteret. Reli⸗
quit enī deus hoīem in libertate
arbitrij in lege naturali. vt ſic vi
res nature ſue cogſceret. vbi cuʒ
deficeret legē accepit. Qua data
inualuit morbus. nō legis ſʒ na⸗
ture vicio. vt ita cognita ſua īfir
mitate clamaret ad medicum. et
gratie q̄reret auxiliū. Etiā ꝓpt
dignitatem venientis. que q̇ ma
ioꝛ fuerat. preconum ſeries lon⸗
gioꝛ precedere debebat. vt Glo.
ad Gal. 4. Et ne feruoꝛ carita⸗
tis tepeſceret temporis ꝓlixitate
quia quo magis recedit a princi
pio noſtre redēptionis. tāto ma⸗
gis refrigeſcit caritas multoꝝ.
Hinc dñs. Matth. 24. refrige
ſcet caritas multorum. ☞ // D
¶ Conſequēter oſtendit filij ex⸗
cellentiā. vñ elici poteſt hec cōclu
ſio. Filius ꝑ quē nobis deus pa⸗

ter nouiſſime locut⁹ ē diebꝫ iſtꝫ.
excellētioꝛ eſt oībꝫ creaturꝫ. Iſtā
ꝯcluſionē deducit ex tribꝫ. ꝑ cō⸗
ꝑationē ad omēs creaturas. ꝑ re
ſpectū ad patrē. ꝑ cōꝑationez ad
ſupremā ſcꝫ angelicā. ¶ Primū
oſtēdit ſm vtrāqꝫ naturā xp̄i. hu
manā aſſumptā ⁊ diuinā eternā.
¶ Quo ad aſſumptā ait. quē ꝯſti
tuit heredē vniuerſoꝝ. i. poſſeſſo
rem ⁊ dn̄m oīs creature. Nō em̄
iam portio dn̄i eſt iacob tm̄. ⁊ ꝑs
ei⁹ iſrl'. ſed oēs proꝛſus nationes
mūdi ait glo. Coꝛpo em̄. ꝙ natu
ra hūana ē a verbo aſſumpta in
vnitatē ſuppoſiti. cōſtituta ē ſuꝑ
oēs creaturas. Hic dn̄s p⁹ reſur
rectionē ait. Data eſt mihi omīs
ptās in celo ⁊ ī terra Matth vl.
Hec data eſt ī inſtāti ꝯceptionis
auctoꝛitatiue. ſed executiue poſt
reſurrectionē. ¶ Q̄tū ad natu⸗
rā diuinā ſubdit. ꝑ quē fecit ⁊ ſe
cula. i. ſm glo. ꝑ verbū p̄ri coeter
nū fecit de⁹ p̄r nō ſolū īuiſibilia
⁊ īmutabilia. q̄ min⁹ nobis ſunt
nota ſed et ſecl'a. i. viſibilia ⁊ mu
tabilia. De h̄ be. Joh. in p̄ncipio
ſui euāge. clari⁹ loq̄t. In p̄ncipio
erat ꝟ. et ver. e. a. d. ⁊c̄. vſqꝫ nihil
p̄r ei opat̄ ꝑ filiū ſic ꝑ artē. qꝛ ſm
Aug. 6. de trinitate. Uerbuꝫ eſt
ars patris plena rōnū oīm viuen
tiū. qd̄ tn̄ d̄clarat. 7. de tri. c. 4.
eo ſcꝫ mō ars p̄ris. q̄ ſapia p̄ris. ⁊
lumē p̄ris. lumē de lumīe. ſapia d̄
ſapia. qꝛ ex ſua ꝓceſſiōe. eſt noti⸗
tia declaratiua oīm q̄ ſunt ī men
te p̄ris. tā eternoꝝ q̄ꝫ factibiliū.

iō ſapia. iō ars. ¶ Per reſpe
ctū ad patrē oñdit excellentiā. p̄⸗
ſertim q̄tū ad naturā diuinam.
Et h̄ ex q̄ttuoꝛ ſcꝫ. Ex coet̄nita⸗
te. qꝛ ſplendoꝛ glorie. Ex ꝯſbſtā⸗
tialitate. qꝛ figura ſubſtātie ei⁹.
Ex equalitate potētie. cū d̄r. poꝛ
tans oīa verbo virtutis ſue. Ex
dignitatis ꝑfectiōe. qꝛ ſedet ad
dexterā maieſtatis ⁊c̄. ¶ Coeter
nitatē filij cū patre deſignat apo
ſtolus cū ait. Qui cuꝫ ſit ſplēdoꝛ
gl'ie. fili⁹ ſplēdoꝛ p̄ris d̄r ꝑpt̄ coe
ternitatē. Sic em̄ ſplēdoꝛ ſolis
aut ignis ē coeu⁹ ſoli aut igni. et
tn̄ ꝓcedit a ſole vel igne. nō econ
uerſo ſol aut ignis a ſplēdoꝛe. ita
a p̄re ꝓcedit fili⁹. vt nō ſit prioꝛ
duratiōe p̄r filio. ſic nec ſol ſplen
doꝛe. Dicit̄ āt fili⁹ ſplēdoꝛ gl'ie
Gl'ia ē clara cū laude noticia. Fi
li⁹ aūt a p̄re ꝓcedit. noticia d̄ no
ticia. ſic ſapiētia d̄ ſapiētia. Hic
Sapie. 7. dicit̄ de ſapia genita
q̄ xp̄s ē. j. Coꝝ. j. emanatio q̄dā
eſt claritatꝫ oīpotētꝫ dei ſincera.
Cādoꝛ eni ē lucis et̄ne ⁊ ſpeculuꝫ
ſine macula dei maieſtatꝫ. ⁊ ima⸗
go bonitatꝫ illi⁹. ſic em̄ nūq̄ꝫ ē p̄r
ſine noticia ſui. imo cuiuſcunqꝫ.
ita nūq̄ꝫ ē ſine exp̄ſſiōe q̄ fit ī ima
gine īterioꝛi. q̄ ꝟbū ē. qd̄ dic̄ ſiue
eructat. ī q̄ relucēt oīa cognita ꝑ
p̄rem. Sic ī nob. q̄ñcūqꝫ coḡſci⸗
mus aliq̄d intuitiue ⁊ clare. ꝓdu
cim⁹ ī nob ꝟbū. imaginē cogniti
in quo ꝑfecte relucet quidquid
cognitum eſt de obiecto. et ſi co⸗
gnitio eēt nobis coeua ꝟbū nr̄m

eſſet coeuū. Sic in patre. appli-
ca ſingula. Et qꝛ ſemꝑ pater co-
gnoſcit ſe ꝛ omnia. ſemꝑ ꝓducit
verbum. hinc catholice dꝛ vtrū-
qꝫ. ꝛ ꝙ fili⁹ ſemꝑ naſcit̃ a pr̃e. ſm
Orige. ꝛ ꝙ ſꝑ nat⁹ eſt ſm Greg.
et Amb. vt declarat mgr̃ diſ. 9.
primi. ¶ F Conſubãlitatē aūt
innuit apl'us cū dicit. figura ſub
ſtãtie ei⁹ ſcꝫ pr̃is. accipit̃ hic ſm
Nico. de ly. figura. ꝓ imagine.
Filius enī ē imago naturalis pa
tris. Homo aūt quaſi imago ar
tificialis. ꝓpter qꝺ magis dꝛ ad
imaginē qꝫ imago. Sicut aliter
eſt imago regis in filio ſuo natu
rali et in ſtatua ei⁹ artificiali. qꝛ
in iſta eſt quedã remota ſimilitu
do accidentiū foris in rege appa
rentiū. In illa xͦo eſt coicatio na
ture pr̃is. Nã filius eiuſdē natu
re eſt ſm ſpeciē cū patre. Sic fi-
lius in diuinis eſt imago natura
lis pr̃is ideo dꝛ figura .i. imago
ſubē. i. eiuſdē ſubē cū pr̃e. ꝛ qꝛ illa
eſt indiuiſibilis. ꝑ ꝯſequēs eſt ea
dem numero in pr̃e ꝛ filio. Non
aūt ſic in rege ꝛ filio ei⁹. quoꝝ na
tura nō eſt eadē numero. ſed tm̄
ſpecie. Accipe exemplū. Si qs
ſeipm̄ qꝫtū ad oīa ſua interiora ꝛ
exteriora perfectiſſime cognoſce
ret. ſic cognoſcēdo ꝓduceret ima
ginē. ſibi qꝫtū ad interiora ꝛ exte
riora ſimillimã. Siquidē oīa in
eo relucerent. que quocūqꝫ ſūt in
ſe talit̃ cognoſcēte. ꝛ ſi talis ima-
go haberet eē reale. ſic tm̄ habet
eſſe obiectiuū. Nōne veri⁹ eſſet

filius talis qꝫ fili⁹ naturalis ab
ipſo ex matre genit⁹. qui licet ſit
ſimilis ſm naturã ſpecificam. tn̄
plurimū diſſil'is eſt ſm naturam
indiuidualē. ꝛ circūſtãtias indi-
uiduales Et qm̄ talis imago. qꝛ
non habet niſi eſſe obiectm̄. i. tm̄
in eo ꝙ intelligit̃ ſuū eſſe eſt intel
ligi. Si haberet eſſe verū ꝛ reale
nōne eſſet p̄ciſe eadē res q̄ intelli
gitur. ſiquidē ea intelligitur res
ipſa nō alia. Nec maneret tūc a-
liqua diſtinctio niſi ꝓducentis ꝛ
ꝓducti hoc eſt. ꝙ ſic cognoſcens
ſeipm̄. ꝓduceret imaginem. imo
q̇dq̇d ipſe ē in imagine. et imago
illa eſſet ꝓducta. Sic ī diuinis
pater ꝑfectiſſime ſe cognoſcens.
imaginem ſuã ꝓducit. nō tm̄ in
eſſe obiectiuo qꝛ hoc imꝑfectio-
nis eſt. ſed ſine imꝑfectiōe vere ꝛ
realiter. et ita in eadeꝫ ſubſtãtia
indiuiſibili que ipſa eſt cognita
nō alia. nec manet alia diſtinctio
in patre ꝛ filio. niſi ꝓducentis et
producti. et hoc cōcordat cōmu-
ni dicto Boe. In diuinis oīa
ſunt idem. vbi nō obuiat relatio
nis oppoſitio. ¶ G Potentie
equalitatē oſtēdit apl'us cū dic̄.
portãs oīa verbo virtutꝭ ſue. pur
gationē peccatoꝝ faciēs. Poten
tia enī dei patris in duob⁹ appa
ret. ſcꝫ in creaturaꝝ ꝓductione ꝛ
cōſeruatiōe. Nam ſubtracta ei⁹
influentia. in nihilū vergunt oīa
ſm illud in manu ei⁹ ſunt omēs
fines terre. Ps. 49. Hinc Glo.
creatoris oīpotētia cauſa ē ſub-

ſiſtendi omni creature. que virtꝰ ſi ab eis q̄ cōdidit regēdis aliqn̄ ceſſaret. ſimul oim rerū ſpecies. ⁊ natura ꝯcideret Jdeoqꝫ dn̄s ait Joh. v. Pater meꝰ vſqꝫ mō operatur. ⁊ ego operoꝛ illud. ꝯtinuationē quandā opis eius. q̄ ſimul oīa ꝯtinet atqꝫ adminiſtrat oſtendit. Hinc Col. j. Omnia in ipſo cōſtant. Et qꝛ pater ⁊ filius ſunt vna cauſa ꝓductiua creature. (Joh. v. q̄cūqꝫ ille fecerit. illa filiꝰ ſimilit̄ facit) ſunt ⁊ vna cauſa cōſeruatiua. Nam cauſa conſeruatiua reducit̄ ad genꝰ cauſe efficiētis. Et hoc vult aplus cuꝫ ait. Portans. i. ſuſtentās vel cōſeruās. oīa verbo. i. imꝑio virtutis ſue. i. virtuoſo. qꝛ ſuū dicere eſt facere. ſm illud dixit et facta ſunt. mandauit ⁊ creata ſunt Ps. 148. Scd'o apparet dei potentia in iuſtificatiōe impioꝝ. qꝛ nō minus eſt iuſtificare impiū q̄ȝ creare celum ⁊ terrā ſm Aug. Jn hoc filius eq̄lis eſt patri. purgationē pctōꝝ faciēs. pctā dimittendo. ac ꝑ hoc iuſtificādo. Nā vt ꝓbaret ſe pctā dimittere anime. multas ſanitates corporibus cōtulit miraculoſe. vt patet ꝑ decurſum euāgelij. ☞ C H Eqlitatē dignitatꝭ declarat Aplus cum ait. Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis. Qd' ad vtrāqꝫ naturā referri poteſt. ſm diuinam plane. qꝛ ſicut eadē eſt natura pr̄is et filij. ita nō diuerſa dignitatis ꝑfectio. Si ad humanam referat̄ nō eſt equalis dignitas. qꝛ ſm illā dic̄ Joh. 14. Pater maioꝛ me eſt. ſm hāc tn̄ dicit̄ ſedere ad dexterā pr̄is ꝑ modum cuiuſdā aſſociationis inq̄ȝtū humana natura eſt ỽbo vnita et ita eadem veneratiōe ādorāda. Hic Joh. v. Omē iudicium dedit filio. vt omēs honorificent filiū ſicut honorificāt patrem. Uel ad dexterā maieſtatis in excelſis. i. i potioribꝰ bonis pr̄is creature cōmunicabilibꝰ de q̄. s̄. ſer. 2. de aſcenſ. Et ita apparet ỽitas ſcd'e ꝯcluſionis ꝑ reſpectū ad patreꝫ.

J Cōſequēter oſtendit ꝑ cōparationē ad ſupremā creaturā videlicet angelicā. Cum ait. tanto melioꝛ angelis effectus. q̄ȝto differentiꝰ ab illis nomen hereditauit. Nomē ſcꝫ q̄ filius. in quo locutus eſt nobis pater. verꝰ deꝰ ē. et verꝰ ac naturalis pr̄is filiꝰ. eidemqꝫ ꝯſubſtātialis. hoc ē nomē qd' eſt ſuꝑ omne nomē. in q̄ omne genu flectatur. Phil. 2. Tale nomen nō ꝯuenit beatis ſpiritibus qui filij dici nō poſſunt. ꝑ naturam. ſed forte ꝑ adoptionē. Magnū aūt nomen eoꝝ eſt quo vocātur angeli. i. nūcij. ac ſui dei. qm̄ omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus vt dicit̄ in fine huiꝰ ca.

Si dicis. in ps. dicit̄ Minuiſti eum paulominꝰ ab angelis. Nec poteſt h̄ attribui diuinitati chriſti de qua dubium nō habet. qm̄ qd' hic dicit tanto melioꝛ effectꝰ ⁊c̄. neceſſe eſt intelligi ſm eam na

turam. ſm quã effectus eſt. i. humanã. Nam ſm diuinã nõ eſt factus ſed genitꝰ. ¶ Soluit Glo. et apl'us ipe ca. 2. huius epiſtole. Scdm humanã natura ꝫ minoꝛ effectus eſt angelis paſſione. ſed maioꝛ et melioꝛ gratie plenitudine. hoc eſt dictu. minoꝛ factus ẽ chriſtus angelis natura paſſibili. Nam veram aſſumpſit humanitatem. eiuſdẽ rationis cum humanitate noſtra. que ſm gradũ create entitatis inferioꝛ eſt natura angelica. Sed maioꝛ plenitudine gratie pſonalis. quam non recepit ad menſura ꝫ quõ angeli. gratie capitis ⁊ ſingularis vnionis. que om̃ino nõ eſt in angelis. Et qꝫuis ſm qualibet dictarum gratiarũ. homo chriſtus differẽtius nomen accepit ab angel'. maxime tñ propter gratiam vniõis. Et ſi humana natura nõ eſt natura diuina. tamen homo chriſtus eſt deus. et ſuppoſitum humanum eſt ſuppoſitũ diuinum.

¶ In tercia parte apl'us que dixerat auctoritatibꝰ ve. teſtamẽti confirmat. que qm̃ fidelibꝰ clare ſunt. illarum tractationem omitto. ☞ ¶ Attenta autẽ tanta dignitatis maieſtate filij. in quo locutꝰ eſt nobis pater ſaluatoris noſtri. ex ꝟgine nati. audiamus exhortationem apl'i. ca. 2. huius epiſtole. quã ſubiungit dicẽs. Propterea abundantius oportet nos obſeruare ea que audiuimus. ſcꝫ ab illo dicta et ſcripta in euãgelijs. Ne forte ꝑeffluamus. fluit homo per penam corporalẽ. 2. Regũ. 14. Quaſi aque dilabimur in terrã que nõ reuertunt. Ulterius effluit ꝑ culpam. ſed ꝑeffluit. i. ꝑfecte fluit per eternam damnationeꝫ. Sequitur. Si enĩ qui ꝑ angelos dictus eſt ſermo. ſcꝫ in monte ſyna. factus eſt firmus. ⁊ omnis ꝑuaricatio ⁊ inobedientia accepit iuſtã mercedis retributionem. quõ nos effugiemus. ſi tantã neglexerimus ſalutem. Que cũ inicium accepiſſet enarrandi ꝑ dñm. ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt cõteſtante deo ſignis ⁊ virtutibꝫ ⁊ ſpũſſancti diſtributionibꝫ. ſm ſuam voluntatẽ. Noſtrum ergo eſt attendere cariſſimi que locutus eſt per illum deus pater. Nã et ipſe dicit. mea doctrina nõ eſt mea ⁊c̃. Joh. 7. Locutus eſt enĩ per illum factis et verbis. Cepit ieſus facere et docere ait euangeliſta Lucas. Et omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Sic in ſua beatiſſima natiuitate tacens locutus eſt nobis. locutus inqm̃ factorum approbatione. damnauit ſuperbiã ⁊ vniuerſa vicia. cõmendauit humilitatem. caſtitatem. paupertatem. caſtrimargiã. cum ceteris vt vicibus alijs eſt p̃dicatum. Amen.

¶ De natiuitate domini ſmo. V. ſubdiuiſus in duos ſmones. in ordine. XI.

# Sermo XI

Verbum ca
ro factum eſt et ha/
bitabit in nobis. et vi. ꝛc.
Joh. j. A Glorioſiſſi/
ma preſentis diei ſolẽnitas. inef
fabilibus gaudijs mũdum ob/
ruit vniuerſum. dñice nanqꝫ na/
tiuitatis gaudia in ſe celum con/
tinere non valens. celeſti nuncio
terrigenis ea inſinuãs. ad gloriã
deo concinendam angelice mili/
cie exercitus mentes carnalium
hymnidicis plauſibus prouoca/
bant. Siquidẽ nato in bethleẽ
dño ethereus archinuncius di/
uina claritate paſtores in eadem
regione noctis ſuper gregem ſu/
um vigilias cuſtodientes. circũ/
fulſit ac territos dulciter ↄſolãs
ait Nolite timere. ecce enĩ annũ/
cio vobis gaudiũ magnũ quod
erit omni populo. quia natus eſt
vobis hodie ſaluator qui ẽ chri/
ſtus dominus in ciuitate dauid
Et ſubito facta eſt cũ angelo mł
titudo milicie cele. lau. deũ ꝛ di.
Gloria in al. deo. et i ter. p. h. b.
vo. Si igiꝉ tanta mũdo gaudia
tp̱alis virginei partus editio in/
tulit. q̃ꝫta beatꝫ ac celi ciuibuſ e/
terna eiuſdẽ xbi ex ſuba pr̃is ge/
nitura ĩgerat q̇s eſtimabit? Hec
enĩ tãto illa dignior. q̃ꝫto eťnita/
te prior. Jſta electos btĩficat. il/
la btĩtudini adipiſcẽde p̄parat.
p̱ iſtã videꝉ in pr̃e xbũ ſicuti ẽ fa
cialiꝉ. p̱ illam crediꝉ q̃ꝺ factũ eſt
tp̱aliꝉ. p̱ eterne generatiõis viſio
nẽ ſe p̄bet fruendũ beatis in re. p̱
tp̱alis generationis fidẽ menti/
bus innaſciꝉ fideliũ. ſe fructibꝫ ĩ
ſpe. Sꝫ vt beati fulgẽtij verbis
vtar. q̇s de tam ineffabili digne
loq̇ poterit ac ſufficienter. Quis
de quo? homo ꝺ deo. mutabilis
de imutabili. opus ꝺ opifice. cre
atura de creatore. tp̱alis de eter/
no. plaſmatꝰ de limo. de eo q̇ oĩa
creauit ex nihilo. Cuius inenar/
rabilis eſt oĩpotentia. q̃ nos gra
tuita bonitate fecit. nec minꝰ tñ
inenarrabilis gratia q̃ nos om̃i/
potentiſſima miſeratione ſalua/
uit. Omnipotentiã dicimꝰ qua
verbũ q̃ꝺ in p̃ncipio erat ꝛ apud
deũ erat et deus erat. fecit omne
q̃ꝺ nõ erat. Gratiã xo q̃ xbũ ca
ro factũ. venit q̃rere ꝛ ſaluũ face
re q̃ꝺ p̱ierat. Oĩpotentiã q̃ fecit
oẽm diẽ. grãm q̃ certo die digna
tus ẽ ↄcipi ꝛ certo die naſci ĩ hoc
die minoratus paulominꝰ ab an
gelis per gratiã factus eſt. qui p̱
omnipotentiã coeternꝰ ꝛ coequa
lis deo pr̃i. dies ſanctoꝝ ſemp̱ eſt
angeloꝝ hec fulgentius. Terret
itaqꝫ ñ ĩmerito loq̃ntẽ oĩpotẽtia
Sꝫ ↄſolaꝉ gr̃a. qua pr̃ optimꝰ q̇
xbũ in ſinu ſuo eternaliꝉ latitãs
quo maius nihil eſt. per caſtiſſi/
mum nobis virginis dedit par/
tum. dabit p̱ eandẽ virginẽ ver/
bum de verbo in ore proferentis
atqꝫ ſalubriꝰ inhĩtatorẽ pie men
tis. p̱ cuiꝰ ĩpetratiõe xgo ſalute
tur p̱ verbũ Aue. B Verbũ
caro factũ eſt et hĩtabit ĩ nobis.

Triplicē diuini verbi natiuitatē
hec ꝟba inſinuāt videlicet. Eter
nām. tꝑalem ⁊ ſpūalē. Prima na
ſciꝛ dei filiꝰ ex paterno intellectu
ideo dꝛ verbū. Scđa naſciꝛ idez
dei filius ex materno vtero. ideo
dꝛ verbū caro factum. Tercia na
ſcitur ī corde hūano. iō additur.
et habitabit in nobis. ¶ Per ꝑ-
mā oēm creatū intellectū tranſcē
dit. teſte Jſa. ca. 53. Generatio-
nem eius q̇s enarrabit. per ſcđaz
hūanis ſenſibꝫ ſe contēꝑauit. ſm
illud Hiere. Poſt hoc in terrꝫ vi
ſus eſt. ⁊ cū hoibꝰ ꝯuerſatꝰ. Ba-
ruch. 3. per terciam gratuite men
tem inhabitat. ipō dicēte. Ad eū
veniemꝰ et manſionē apud eū fa-
ciemus. Joh. 14. ¶ Ex prima co
gnoſciꝛ verbi oīpotētia. Ex ſcđa
eius om̄iuidens ſapia. Ex tercia
bonitas infinita. ¶ Prima finis
eſt ad quē tendimꝰ. Scđa ꝟtus
eſt ex qua poſſumꝰ. Tercia medi-
um eſt ꝑ qđ attingimꝰ. Prima
nihil ſublimius. imenſius. diui-
nius. qꝛ verbū erat apud deum ⁊
deus erat verbū. Scđa nihil hu
miliꝰ. fragilius. cōtractiꝰ. qꝛ oīs
caro fenū. Jſa. 40. Et verbū ab
breuiatū fecit dn̄s ſuper terram.
Ro. 9. Tercia nihil amabiliꝰ. io
cundius. appetentiꝰ. Neq3 enim
fuit alia tam grandis natio que
habeat deos appropinquātes ſi-
bi ſicut adeſt nobis deus noſter.
Deut. 4. Uidendū igiꝛ breuiter
de hac triplici natiuitate. ¶ Et
quidē de pme generatiōis modo

aliq̄. licet minus digna prioribꝫ
ſermonibꝰ me vt cunq3 locutū re
colo. Nūc p̄ſentis eſt ꝓpoſiti de
tꝑali verbi natiuitate aliq̇d bre-
uiter dicere. Circa quā triplicia
attēdere poſſumꝰ. Primo que fi
dem edificāt. ſcđo que affectū in
flāmāt. tercio q̄ mores inſtruūt.
primū veritas natiuitatis. ſcđm
vtilitas. terciū exemplaritas pre-
ſtabit. ¶ Ueritatem hūane gene
rationis breuiſſime et veriſſime
euāgeliſta exṗmit verbis illis cū
inquit. Uerbū caro factū eſt. vn̄
colligiꝛ h̄ fundamētalꝛ fidei veri
tas. ¶ Per natiuitatē virgineā.
ſcđa ꝑſona in diuinis ſc3 verbuz
patris ſiue filius. factꝰ eſt hō ve-
rus. ꝑ quā verū eſt dicere. deꝰ eſt
homo. ⁊ homo eſt deꝰ. Uerbum
eni eſſe filiū p̄cedēs ſiue heſternꝰ
ſermo declarauit. Propter h̄ ait
Uidimꝰ gloriā eiꝰ. gloriā q̄ſi vni
geniti ⁊c̄. Nec impedit ꝙ dic̄ ca-
ro. Nā more ſcṗture caro ꝓ toto
hoīe poniꝛ Jſa. 40. Uidebit oīs
caro ſalutare dei ⁊c̄. Et iteꝝ. Ui
debit omnis caro pariter qđ os
dn̄i locutū eſt. Et Gen̄. 6. Cor-
ruperat oīs caro viā ſuā. Mo
dum ꝟo huiꝰ natiuitatꝫ aliȷ̄ euā-
geliſte clariꝰ exprimūt ⁊ ſymbola
Que lic3 mirabilis ſit. imo inter
mirabilia dei ſummuz mirabile.
13. de trini. Non tn̄ tollit verita
tem quo minus vere deus ſit hō.
Unde inter multa mirabilia hec
principaliter attēdunꝛ atq3 ad ce
tera reducunꝛ ſc3. Natiuitas ex

virgine ſine corruptione q̄ eſt mi
rabilis. Cōceptus ſine ſemine q̇
eſt mirabilior. Perſonalis vnio
naturarū. diuine ꝛ humane q̄ eſt
mirabiliſſima. ¶ C Hec ſunt
mirabilia ſed poſſibilia. Mira-
bilia qꝛ ꝯ̄ vel ꝑter nature ordinē
īſtitutū. Mirabilis ē natiuitas
corpis ex virgine ſine eius corru
ptione. qꝛ neceſſe eſt fieri penetra
tionē dimenſionū. q̄ nature repu
gnat. vt experientia docet. Nul-
la em̄ violentia fieri pōt. vt vnuꝫ
corpus alteriꝰ locuꝫ occupet ſine
ſui ceſſione. ¶ Mirabilior ꝯce-
ptꝰ ſine ſemīe. qꝛ ꝯ̄ cauſaꝝ limita
tionē ſecūdarū. Sic̄ eni cuilibet
rei indita eſt ꝑfectio ꝓpria. ita ꝛ
certꝰ ſue ꝓductiōis modus. In-
ſtitutus eſt ḡ modus hūane ꝓdu
ctionis ex mare ꝛ femina. Mi
rabiliſſima ṽo vnio humanita-
tis ꝛ diuinitatꝭ. Et quia ex duo-
bus in actu nō fit vnū. Et qꝛ ma
xime diſtāt vtputa finitū ꝛ infi-
nitū. Et vnū vniendorū penitus
īmutabile. Oīs āt naturalʼ vnio
mutationē infert vtriſqꝫ vnitis.
vt ptꝫ diſcurrēdo ſingula vnio-
nū genera. Subſtātialis. Acci-
dentalis. et Spūalis ſcꝫ grē. q̄
creaꝉ. Sꝫ licꝫ hec ſint mirabi
lia nō tn̄ ſunt deo impoſſibilia. li
cet em̄ dn̄s ſingulis rebꝰ certū or
dinē īdiderit. ex quē nō pn̄t Ro.
13. Que a deo ſunt. ordinata ſūt
Huic tn̄ ordini potentiā ſuā nō
alligauit. Sicut in ſilʼi mgr̄ loq̇
tur de ſacramētis li. 4. diſ. j. q̇n
potiꝰ ſibi q̄dā ſpecialʼr ex hūc or-
dinē reſuauit. q̇ q̄ſi ꝑ q̄dā noua.
mētes hoīm q̇bꝫ q̄tidiana vilue-
rūt excitaret. vt dic̄ Augꝰ. ſuper
Joh. omelʼ. 8. ī ꝑ̄ncipio. Et ſic na
ture dn̄s ꝓbareꝉ Sic in miracu
lis ſcꝑture. vn̄ nō inſolita. ſꝫ ſim
pliciꝉ īpoſſibilia ꝛ q̄ implicāt cō-
tradictionē. a natura diuina ne
gāda ſunt. Nō eni impoſſibile ē
apud deū om̄e verbū. Verbū no
tāter dic̄. Sꝫ nihil īpoſſibile
in dictis includiꝉ. ḡ deo attribu
endū. Nā penetratio corpoꝝ nō
implicat. qꝛ maxie hoc eſſet ꝓpꝉ
indiſtinctionē. ſed nō tollit ſim-
pliciꝉ diſtinctiōem penetrationū
ſꝫ diſtinctionē cognitionū a no-
bis. Nā ſubē nō ꝑ accidētia ſꝫ ſe
īpis diſtiguūꝉ. Licꝫ nos ꝑ ſtatu
vie. ſubam nō niſi ꝑ accidētia co
gnoſcamꝰ. j. de aīa. Jō in accidē
tibꝰ q̄ ꝓ̇pas hn̄t actiōes vn̄ cog̊-
ſcunꝉ. penetratio ꝯſueta ē. vt ptꝫ
in dulcedīe et albedīe lactꝭ. Qui
ergo cognitionē infundere pōt.
penetrationē pōt dimenſionū fa
cere. ¶ Jta nec ſcd̄m. Cū eni ho-
mines in cōmixtiōe ſolā materiā
āminiſtrēt. Aiam ṽo q̄ ꝑ̄ncipali-
or ps eſt ſolus deus creet. Quid
magni. ſi vn̄cūqꝫ voluerit mate-
riā ſumat. Sed nec terciū qꝛ
vnio hec nullā deo infert muta-
tionē. Sic̄ nec ꝙ de nouo factuſ
eſt creator ꝛ dn̄s nō ꝓpꝉ ſuā ſꝫ ſo
liꝰ creature mutationē. Nec etiā
dic̄ īꝑfectionē. ꝓpꝉ infinitatē ꝑ-
ſone aſſumētꝭ. ſꝫ magis declarat

ſummā eiꝰ benignitatē. ¶ At qꝫ⸗
uis ꝓpter hoc hūiliari dicat̃ exi⸗
nanire ſeipm et deſcēdere. Phi.
2. Nō tñ h̄ aliq̄ mō imꝑficit. niſi
ſolū ſm nr̃am cognitionē vt de⸗
clarari pōt de diuite. potēte. aut
ſapiēte. cōicante aliter pauperi.
infirmo ⁊ impotēti ſeu inſipiēti.
Poſſet dari exēplū de rege ꝯhen
te cū plebea. ꝺ magnate. plebeoꝝ
officia exercēte ⁊c. ¶ Unde
in ꝑmo nō deſunt exēpla ꝓpa et
ꝓpinq̄. in tercio ꝟo nō niſi remo
ta valde. Primis duobꝫ aliq̇d ſi
mile repiri pōt. ſecꝰ ꝺ tercio. Ex
emplū ꝑmi. luminis ꝑ vitꝝ dya⸗
phonū inceſſus. floris folioꝝ per
ramū emiſſio. Item canit eccl'ia.
Sic ſidus radiū. ꝓfert ꝟgo fi⸗
liū pariforma. Itē ſol' radiꝰ ſpe⸗
culū penetrat. Itē abacuc n̄ aꝑtꝭ
ſigill'. prandiū attulit danieli in
lacū leonū miſſo. vbi corpus non
glorioſuꝫ ꝑ nō glorioſuꝫ ītrauit.
Itē dñs nō effractꝭ ſigillis ſurre
xit. Nubes aſcēſurꝰ penetrauit.
Exemplū ſcđi ſumi pōt. ex crea⸗
tiōe rerū ex nihilo. Itē ex forma
tione eue ex viro ſine femina. Ex
formatiōe ade ex limo ſeu terra.
¶ Et licꝫ hūanitas xp̄i. ſic mira
culoſe ꝯcepta fuerit ⁊ nata. nō tñ
minꝰ vera. qꝛ nihil aliud reqrit̃
ad eiꝰ ꝯſtitutionē niſi materia et
forma vnite. Materia aūt eiuſ⸗
dē rōis ē in oibꝫ. Sic ⁊ adā fuit
verꝰ hō. et ſil'r eua. lꝫ nō formati
fuerit cōi lege ꝓpagatōis. Ter
cio ꝟo nihil ſil'e repiri pt ī opibꝰ

dei. Nullibi em̄ ē videre. ꝙ aliq̇d
manēs qđ erat. nouam aſſumat
ſbalē denoiatōez. Nec exēplū da
ri pt. q̄ ꝑſona aliq̄ deꝑſonet̃. ma⸗
nēte itegra natura. vt ꝑſonet̃ i a⸗
lia. Natura ꝟo hūana aſſūpta a
ꝟbo deꝑſonata ē h̄ mō. Qm̄ lꝫ n̄
aſſūpta. eēt ꝑſona Nō ꝑ alicꝰ po
ſitiui additionē. qm̄ nihil ad hu
mane nature ꝟitatē ꝑtinēs in eiꝰ
aſſumptiōe deꝑditū ē. ſꝫ natura
tota ē aſſūpta. ſꝫ eo ſolo eēt ꝑſo⸗
na. qꝛ derelicta nō ꝺpēderet ad
aliud ſuppoſital'r ſbſiſtēs. Aſſū⸗
pta tñ ſuſtētat̃ a verbo nobiliꝰ.
qm̄ nō aſſūpta i ſeipa ſuſtētaret̃.
Sic accñs nobiliꝰ eē hꝫ inherē⸗
do ſube. qꝫ ſi foret ſeꝑatū. Dant̃
tñ aliq̄ exēpla remota. ſcꝫ figure
⁊ figurati. hitus ⁊ hituati Phi.
2. Aie ⁊ carnis ꝯiūctio. ſm atha⸗
naſ. i ſymbolo. Sꝫ nihil hoꝝ ꝓ
priū ē. Nā vnio materie et forme
ꝯſtituit cōpoſitū i vniōe accñtꝭ ⁊
ſbiecti. ſubiectū afficit̃ ⁊ alterat̃.
in vnione hitus ⁊ hituati veſtiti
vl' locati nō ſibi intime pñtia ſūt
¶ Igit̃ ſi icarnatiōis opꝰ mi⸗
rarꝭ. bñfacis. Si tñ fidelit̃ agis
Nā ⁊ ꝓpha ait. Mirabilia opa
tua dñe. ⁊ aīa mea cog̃ſcet nimis
Si ꝟo ꝓpt̃ miracl'a heſitas. er⸗
ras Neqꝫ enī ifinitā dei potētiā.
tuo itellectu finito vales cōprehē
dere. qui deniqꝫ in ſctis ſuis ē mi
rabil'. q̇d mirꝝ ſi mirabilior ē i ſu⸗
is. ſed ⁊ nimie ꝑſūptiōis ē. inuiſibi
lia dei velle cōprehendere. cū nec
viſibilia poſſint a nobꝫ ꝑfecte co⸗

gnoſci. Sic ſalomō ait. Cuncte
res difficiles. nō pōt eas hō expli
care ſmone Eccs. j. Poſſent hic
adduci mirabilia nature. q̄ btūs
Augꝰ. li. 21. ca. 4. d̄ ci. dei recitat
ad aſtruendā reſurrectiōis fidē.
At tu q̇ diuia ſcrutari pſumis
attēde ſolē. vn̄ hȝ lumē. Attēde
celū. vn̄ hȝ motū. ſtellas. vn̄ influ
xum qualitatū. q̈s tn̄ nō hn̄t for
maliť. Alias vn̄ hn̄t vitā Teipm.
vn̄ cōpoſitiōeȝ aīe ꝛ carnis. Ele⸗
mēta. vn̄ hn̄t in ꝯrietate ꝑpetui⸗
tatē. Spiritū. vnde habet ortū
ꝛ ťminū. Mixta. vn̄ materiā. or
gana. potētiaſ. Siľia loq̇ť ꝯ iob
dn̄s Job. 38. Deſinamꝰ itaqȝ
ſcrutari diuia. q̇ nōdū ſufficimꝰ
cōprehēdere humana. Sȝ tāto
magꝭ ad grās referēdas dn̄o ac⸗
cēdamur. q̄ȝto maiora mirabilia
ꝓ nob̄ opatꝰ ē. Dia em̄ h̄ ꝓpter
nos ꝛ nr̄am ſalutē. ſūme benigni
tatꝭ pr̄ opatꝰ ē. Puer natꝰ eſt no
bis. ꝛ fi. da. ē nob̄. Jſa. 9. Et an
gelus ad paſtores. Natꝰ ē vob̄.
Si nobis natꝰ ꝛ datꝰ ſaluator.
haud dubiū ꝛ nr̄m ē q̇dq̇d circa
hāc natiuitatē mirabiliť dn̄s o⸗
ſtēdit. Hijs ḡ dimiſſis ad eius
vtilitatē ꝛ fructū coḡſcendū con
uertamur. ¶ f Circa vtilitatē
q̄ttuor colligunť ſcȝ vt Redime
ret dānatū. Reſtitueret hūilia⸗
tū. Reduceret ignaruȝ. Corona
ret idignū. Primꝰ fructꝰ ē re⸗
demptio dānati. Nā ſm Anſ.
Cur deꝰ hō. Hō q̇ deuȝ ſup oīa
diligēdū offenderat. quē ꝓ tota

creaturā offendere nō debebat.
diuīe iuſticie ſatiſfacere n̄ potuit
niſi tm̄ redderet vel maiꝰ illo ꝓ
quo offendere non debuit. i. ma
ius tota creatura. Hoc aūt cum
habere nō potuit. pater miſcdia
rū filiū dedit omni creatura ma
iorē. Qui cum ſm naturaȝ diui⸗
nā ſatiſfacere nō debuit. ſm hāc
enim offenſus fuit. Humanā aſ⸗
ſumpſit. innocentē ꝛ purā. diui⸗
no ſuppoſito vnitā. q̄ nulla crea⸗
tura maior. ꝛ hāc ꝑ iuſticia offe⸗
rēdo ſatiſfecit. ¶ Secūdus fru
ctus eſt vt reſtitueret humiliatū
Nam hō ex dono creatiōis ſoli
deo ē obligatꝰ. cui eapropter cul
tu latrie ſeruire tenebať. Unde
inter ipſum et deum nihil medi⸗
abat eo ſuperius. Angeli ſiqui⸗
dem non ſuperiores ſed cōciues
ad beatitudinem conſtituti fue⸗
rant. Hinc in dignitate excellen
ti conſtitutꝰ fuerat. et dn̄s toti⸗
us corporalis creature. Per pec
catū vero a ſua dignitate cecidit
ꝓfundiſſime vſqȝ ad dyaboli ſer
uitutem. Ro. 6. Serui eſtis cui
obediſtis. ſiue peccati in mortem
ꝛc̄. Et Joh. 8. Qui facit pecca⸗
tum ſeruus eſt peccati. A qua ſi
per alium q̄ȝ deum redimeretur.
iam non ſolum deo creatori. ſed
et redemptori debito ſeruitutis
alligaretur. Ut ergo ſue liberta
ti et dignitati reſtitueretur. ver⸗
bū per qd̄ factus eſt hō ipm repa
uit hoīeȝ. factū caro. vt ſit redē⸗
ptor idē q̇ creator. H Terciꝰ

fructus eſt vt reduceret ignarū.
Nō ꝑ pctm̄ ḡuiſſime vulnerat⁹ i
naturalib⁹. Spoliat⁹ gratuitꝫ
viā ſalutꝫ nedū defuit ſꝫ penit⁹
ignorauit. Jō reductōe idiguit.
Hic bern̄. ſer. 3. ꝺ circūciſ. Sic
penit⁹ erat iutile viā ſcire. ſi deti
neremur i carcere. ita redimi nō
ꝓdeſſet ſi vie ignaros q̇ ꝑm⁹ iue/
niret ꝑm⁹ reduceret i carcerē re/
trudēdos Indiguit āt reductio
ne ei⁹ q̇ nec falli nec fallere poſſꝫ
Qui ⁊ ſua ꝑceſſiōe. hoīs infirmū
ſil'et ꝑuerſum animū ad ſequen/
dū inclinaret. ⁊ oēs ducis ꝓꝓeta
tes ad reducendū oportunas ha
beret Ad vtriuſqꝫ efficaciā ne/
ceſſari⁹ fuit de⁹. vt alibi declara
ri ſolet. Dis eni hō mēdax. ⁊ va/
nitati ſubiecta eſt oīs creatura.
Et nemo bonus niſi ſolus deus
hinc vbi. s̄. Bern̄. Uenit dn̄s ꝓ
pter nos. nō ſolū redimēdos ſan
guinis effuſiōe. ſed et docendos
verbis. ⁊ exēplis nihilomin⁹ in/
ſtruēdos. Quē etſi plurimi ſecu/
ti ſint. nōnulli tn̄ praua victi cō/
cupiſcentia alienati recedunt re/
trorſum. Sed cariſſimi attendi
te hunc ducem. Toto animo ſe/
quamini qui viam precedēs oſtē
dit. vn̄ Luc̄. 8. Ego ſum lux mū/
di. Fortificat ⁊ ꝺfendit Joh. 10.
Nō rapiet eos q̇ſqꝫ ꝺ manu mea
Eſurientē cibat. per me regredie
tur ⁊ paſcua iueniet. Joh. 10. Fa
tigatū reſtaurat. Uenite ad me
oēs q̇ laboratꝭ. Matth. 11. Timi
dum erigit. Nolite timere puſil/
lus grex. Luc̄. 10. Turbatos ꝯſo

latur. Beati q̇ lugēt bti q̇ ꝑſecu/
tionē patiunꞇ. Matth. 5. Scā
dalū remouet. Confidite q꞉ ego
vici mūdū. Joh. 19. ¶ Quartus
fruct⁹ ē vt coronaret idignū Nō
q̄licūqꝫ corona ſꝫ tāqꝫ filioꝝ dei.
⁊ regni ꝑmio ifinito. Qualiꞇ eni
hō idign⁹ i adoptionē filioꝝ dei
niſi ꝑ meritū filij natural' recipe
tur. Quō ꝑmiū ifinitū. niſi ꝑ me
ritū ifinitū. Meritū ifinitū eſſe
nō pōt ex ope. ſꝫ ex ꝑſona ifinita
fact⁹ eſt ḡ hō de⁹. vt deitas ifini
tatē ꝑſone. ⁊ hūanitas meritū a/
ctiōi daret. Cui niſi nr̄m meritū
iūgaꞇ. inſufficiēs. imo nullū erit.
D ¶ Ad cui⁹ euidētiā diei dn̄ice
ntitatꝭ ꝯiūcta ſūt feſta btōꝝ ſte/
phani. iohīs. innocētū. i q̇bꝫ vni
uerſi meritoꝝ modi miſtice deſi/
gnanꞇ ſil' ⁊ corone. Eſt eni ſm̄ b.
bern̄. i ſer. ꝺ feſtiuitatibꝫ ioh. ſte
phani ⁊ inocētū ⁊c̄. meritū volū/
tatꝭ ſil' ⁊ opis. Eſt meritū volun
tatꝭ tm̄ nō opis. Eſt meritū opiſ
ſine volūtate. primū i btō ſtepha
no. ſcdm̄ i b. iohe. tertiū i innocē
tibꝫ. In q̇bꝫ oib⁹ ſola ꝑuuli nr̄i
ntitatꝭ ſiue nate hūanitatꝭ ꝟt⁹ et
gr̄a opaꞇ. ¶ Meritū volūtatꝭ ⁊
opis ꝑfectiſſimū ē. iō natiuitati
ꝯtinuo iungiꞇ ntitas ſtephāi. lꝫ
iohs eo maior ſit officio. ſic apl's
⁊ euāgeliſta diacono. Meritum
opis ſine volūtate minimū eſt iō
vltio inocētū. Meritū volūtatꝭ
ſine ope mediū ē. Excedit ⁊ exce/
diꞇ. iō ioh. i medio inocētū ⁊ ſte.
celebraꞇ. Uez ſic op⁹ ſolū. tm̄ va
let vbi rōiſ vſus n̄ ē. nūqꝫ tn̄ ꝯ vo

lũtatē. ita ſola volũtas valz. dũ
oportũitas opis ñ fuerit. Nō āt
ꝯ opꝰ. dũ in eiꝰ fuerit facultate.
Ecce mag̃ laus ⁊ ꝑmiſſio. Gl'ia
i ex. d. Et i t. pax. ſz nōdũ ꝑfecta
donec addatꝰ. Sinite puulos ve
nire ad me. Ecce pax puul' volũ-
tatē nōdũ hñtibꝫ. vt etiā xpi na-
tiuitas salutē ꝯferat ſic uolũtatꝫ
vſu i ſacro pietatꝫ. ❡ Id i ill' egit
martiriũ qđ in nr̃is baptiſmi ſa-
cramētũ Ecce largiſſima ⁊ effica
ciſſima dñice ntitatꝫ vtilitas. ſũt
deniq̃ȝ corone q̄s aureolas dici-
mꝰ. martirꝫ. doctorꝫ ꝟginũ. victo
ribꝰ. mūdi. dyaboli. corpis ꝓpꝛij.
debite. has in ſteph. ioh. inocen.
ītelligimꝰ. q̄s q̃ȝ ſola dñi ntitas
tribuit. h̔ ntitati feſto ꝯiũcta ſo-
lennizat eccl'ia. vt ſciamꝰ ex hac
ntitate oēm ꝓcedere liberationē
ac coronationē. iō cũ eccl'ia. Gra
tes nũc oēs reddamus. ⁊c̄.

❡ De natiuitate dñi ſmo
nis q̃nti ps ſcđa in ordine
ſermo. XII.

Tc Thabita-
bit i nobis. Joh. j. ❡ A Li
quet ex ſupioribꝫ. ꝙ pter genera-
tionē etñā q̄ ꝟbũ naſcit̃ de corde
pr̄is. deꝰ đ đo. Et hũanā ſiue ext̃
nā q̄ naſcit̃ ex mr̄e hō. alia ē gene
ratio ſpũal'. q̄ ſcz fideliũ mētibꝰ
inaſcit̃ ſpũs ſctificās. hac iā ñ fit
ꝟbũ caro. ſz ꝟbũ caro factũ. illa
ntitate carnales ꝯũtit i ſpm̄. hic
nō ſatiſfuit euāgeliſte dicere. ver
bũ ſcz ꝑ generationē eternā Ca
ro factũ ē ꝑ tpalē vl' externā. Ni
ſi adderet. ⁊ hitabit i nob ꝑ ſpũa
lē ⁊ iternā. Eſt āt externa natiui
tas ſiue tpal' mediũ pueniēdi ad
vtrāq̃ȝ natiuitatē. ſcz eternā ⁊ in
ternā. Siq̃dez nemo filiorꝫ adā
grām ꝯſeq̃ poterat. ꝑ quā ſctifi-
catiue naſcit̃ i cordibꝰ fideliũ. ni
ſi ꝑ meritũ mediatorꝫ ꝟbi ſcz in-
carnati. vt ex p̄dictꝫ pꝫ. Meritũ
dico exhibitũ vel puiſũ. Qui pce
debāt ⁊ q̄ ſeq̄bant̃ clamabāt di-
cētes. bñdictꝰ q̄ ve. ⁊c̄. oſanna in
excelſis Nā ad h̔ natꝰ ē in carne.
vt hitaret i nr̄a mēte. hic in the-
mate. ꝟbũ caro factũ. ha. in no.
❡ In q̄rꝫ ꝟo mētibꝫ ſpũal'r naſcit̃
ipi ad vidēdũ natiuitatē eternā.
eaq̃ȝ ꝑfruendũ feliciter aſſument̃
Teſte aplo in q̄ nō ē ſpũs xpi. hic
nō eſt eiꝰ. Ro. 8. Et ꝑ ꝯñs i celũ
aſcēdere nō pōt. in q̄ gl'ia genera
tiōis eterne manifeſtabit̃ beatis
Siquidē nemo aſcendit in celũ
niſi xpc cũ mēbris ſuis q̄ deſcēdit
de celo. Joh. 3. Cũ g̊ fruſtra ē h̔
mediũ ꝑ qđ finis nō attingit̃. ni
hil nob ꝓderit xpm naſci i carne
ſi nō naſcat̃ ſpũal'r i mēte. Caro
eni ad nihil ꝓdeſt. ipe inq̇t ſpũs
eſt q̄ viuificat. Joh. 6. Caro ſcz
ſola ſine ſpũ. Neq̃ȝ ꝑfuiſſet ꝟgi-
ni gl'ioſe hunc genuiſſe carnal'r ſi
nō eundē prius genuiſſet ſpũal'r
in mēte. vt dic̄ ſ. Augꝰ. in de ſctā
ꝟginitate. vt g̊ nob ꝓficiat ꝙ ver
bũ caro factũ ē. curemꝰ vt ⁊ hitet
in nob ꝑ natiuitatē ſpũalez. Mō
quō fieri oportet nũc dicendũ ē.
ꝓ grā Aue. B ❡ Uidendũ ꝑ
mo q̄ ſit illa ſpũalis natiuitas. ſe

cũdo quõ paruulo xp̃o in nobis
genito hũanitatis obſequia im-
pendere debeamꝰ. Circa pri-
mũ. Spũalis natiuitas verbi ẽ.
qua verbũ habitat in nobis. Et
q̃uis ſolũ verbũ natũ ſit ĩ carne
nõ pater nõ ſpũſſanctꝰ. nõ tñ ſo-
lũ verbũ naſcit̃ in mẽte. qꝛ nõ ſo
lus in habitat. ſed ⁊ pr̃ ⁊ ſpũſſan
ctus. Joh. 14. Ad eũ veniemꝰ et
manſionẽ apud eũ faciemꝰ. loq̃-
tur de pr̃e filio ⁊ ſpũſcõ.. Licȝ etiã
btĩſſima trinitas ſit in oĩbꝰ ꝑ eſ-
ſentiã. potentiã ⁊ pñtiã. nõ tñ in
oĩbꝰ hitat. ſȝ in iuſtis ſolũ. ⁊ ſan
ctis aĩabꝰ. quas ſibi ꝑ gratiã v-
nit caritatiuã ſiue amoroſam. vt
deducit mgr̃ diſ. 37. ꝓmi. ¶ Eſt
ergo ſpũalis natiuitas vnio ꝟbi
cũ natura intellectuali ꝑ gratiã-
gratũfaciente. Vñ q̃ties verbuȝ
mentes nr̃as ꝑ gr̃am ⁊ caritatẽ q̃
fides ꝓſuponit ſibi vnit. totiens
ſpũalit̃ in nob naſcit̃. Hac quo-
qȝ vnione nr̃as inhabitat mẽtes
Hinc aplꝰus Eph. 3. Chriſtũ ho
minẽ hitare ꝑ fidẽ in cordibꝰ no
ſtris. ꝑ fidẽ dic̃. Nõ vtiqȝ infor-
mẽ qꝛ hãc etiã demones hñt. Te
ſte iacobo. demones credũt ⁊ cõ-
tremiſcũt. ſȝ ꝑ fidẽ. gr̃a ⁊ carita-
te formatã et viuificatã. q̃ in ſo-
lis ſanctis eſt. licet in aliquibus
maior. in aliquibus minor. De h̃
plura dicit magiſter diſ. 37. pri-
mi. ¶ Et attende in hac ſpiritu-
ali natiuitate viciſſitudinẽ mira
bilem. vt dicit Cancellꝰ. in carmi
ne ioſephino. Nam cum naſcit̃
chriſtus ĩ anima deuota. fit ipſa

(verbi gratia) mater dei. que ta
men ipſa eadẽ natiuitate gratui
ta ꝑ adoptionem eſt filia. vtrũqȝ
enim ſcriptura docet. Qꝛ ſit ma-
ter teſtis eſt qui ait. Qui fecerit
voluntatem patris mei qui in ce
lis eſt. ipſe meꝰ frater mater et ſo
ror eſt. Matth. 12. Qꝛ filia teſta
tur aplꝰus Gal. 4. Omẽs vos fi
lij eſtis ꝑ fidẽ que eſt in xp̃o ieſu
haud dubiũ q̃n formatam. Et
Joh. j. dedit eis poteſtatẽ fi. dei
fieri ⁊c̃. vſqȝ nati ſunt. Ecce q̃-
mõ eadẽ natiuitate qua in nobiſ
ſpũaliter naſcit̃ chriſtꝰ. nos etiã
naſcimur in xp̃o. Nam ꝑ eandeȝ
gratiã ſiue caritatẽ. quã nob in-
fundendo in nos deſcendit. ſibi
qȝ vnit etiaȝ eleuamur in eum ca
ritatiue. volũtati ſue cõſentien-
do. ac ꝑ hoc ſpũaliter eum gigni
mus ac nobis vnimus. ☞ ¶
¶ Nunc quomõ ad illam diſpo
ni oporteat breuiꝰ annectendũ.
Huic cõfert ipſa domini natiui
tas tp̃alis que vt dictũ eſt. medi
um eſt ꝑueniendi ad ſpiritualem
Igitur dñs ſue natiuitati elegit
locum paruulum. in tribu iuda.
bethleem. ciuitatem dauid. Si
mus nos ſpiritualiter paruuli d̃
tribu iuda. Simus bethleem ci
uitas dauid. ⁊ naſcet̃ in nob ſpi-
ritualiter chriſtꝰ. mentẽqȝ noſtrã
inhabitabit. nec deſeret q̃m de-
licie eius. eſſe cum filijs hominũ.
Prouerb. 8. Juda interp̃tat̃ cõ-
fitens. Eſt aũt confeſſio duplex.
laudis ⁊ fraudis. ſm bea. Aug.
ſermone de ꝟbis euãgelij. ⁊ vtra

q̄ꝫ ꝓrepat locū dn̄o. Nam vtrucꝫ
iuſtificat. Anima aūt iuſti ſedes
eſt ſapie. Sapia ꝓ̄o chriſt⁹ eſt. j.
Cor. j. Chriſt⁹ eſt virt⁹ et ſapia
patris. Nam de ꝯfeſſione frau/
dis dr̄ Prouerb. 18. Juſt⁹ in pn̄
cipio accuſator eſt ſui. et cōfeſſio
laudis ſimilit̄ iuſtificat. qr hec ē
fidei. ſm illd̄ Ro. 10. Corde cre/
ditur ad iuſticiā. ore cōfeſſio fit
ad salutē. Fides aūt iuſtū viuifi
cat. ſm illud Abacuc. 2. Juſt⁹ ex
fide viuit. In vtrācꝫ ḡ ꝯfeſſione
principiū eſt noſtre ꝯuerſionis et
accedendi ad deuz. Nam de illa
Jſa. 43. Narra ſi q̇d habes vt
iuſtificeris. d̄ iſta ꝓ̄o dr̄ ad Heb.
11. Sine fide impoſſibile eſt pla/
cere deo. oportet em̄ accedentem
credere. ¶ Verū ſi intelligentie
ꝑ fidem illuminate ac recte de ſe
tanq̄ꝫ de peccatore. ⁊ de deo tan/
q̄ꝫ de ſummo bono creatore ⁊ re/
demptore noſtro ſentiēte. volun
tas cōtradixerit. nolens vel pec/
cata relinquere. aut dictamini.
recte illuminateqꝫ ꝑ fidem ratio
nis obedire. Jam nō ciuitas iu/
de. ſed caſtellū qd̄ contra nos eſt
qd̄ inteſtina fouet bella ſumus.
Orta nancꝫ in nobis pugna. fu/
gata eſt pax. ibi chriſt⁹ (cuius in
pace factus eſt locus) nec naſci.
nec nat⁹ foueri poteſt. Necꝫ em̄
diſſenſiōis deus eſt ſed pacis. j.
Cor. 14. neceſſe eſt igit̄ vt q̄cun/
qꝫ recta fide intellexerim⁹ volen
da. iſta velim⁹. vt ſit potentiarū
aīe nr̄e in bono cōcordia. Alio/
quin ſine cauſa credim⁹. Meli⁹
em̄ erat viā veritatis nō nouiſſe
q̄ꝫ poſt agnitionē retrorſuz ab ea
cōuerti. 2. Pe. 2. ¶ Sim⁹ ḡ ciui
tas. nō babilon. ne ī malo ſit pax
nr̄a. Sed bethleem. que ꝑuula.
eſt in milibus ꝑ hūilitatez vt ait
Micheas et dom⁹ panis inter/
pretatur. Oportet enim habere
panez. ne ſi amic⁹ noſter ⁊ frater
xp̄c ſcꝫ ꝑ aſſumptā humanitatez
veniat ad nos media nocte. ⁊ nō
habeam⁹ qd̄ ponam⁹ an̄ illū. dū
ꝓ̄o tranſim⁹ accomodare. ille de
clinet atcꝫ traſeat. Quis ḡ ē pa/
nis ille. quē cuſtodiētes bethleē
dici mereamur niſi verbum dei?
De quo Deut. 8. et Matth. 4.
Non in ſolo pane viuit homo.
ſed in omni verbo quod ꝓcedit
de ore dei. Hic enim eſt qui con/
firmat cor hoīs ſicut ꝓpheta ora
uit. Confirma me inquit in ver/
bis tuis hūc panem ſi diligenter
ſeruauerim⁹ veīet ad nos. et māſi
onē apud nos faciet. ſicut ipe ꝓ/
miſit Joh. 14. ¶ Simus deni/
qꝫ bethleem. non illa que in ſorte
zabulon ſita eſt. Ad cui⁹ differē
tiā dixit angelus. bethleem ciui/
tate dauid. zabulon fluxus no/
ctis interp̄tatur. Hic ergo beth/
leem eſt. in ſorte zabulon. qui ac/
cepti verbi panem non cuſtodit.
Sed ad noctem peccatorū con/
uerſus effluere permittit. Nō il/
le eſt bethleem ciuitas dauid vn/
de Bern. in ſer. de ꝓnūcia. dn̄i/
ce natiuitatis. Si qs inq̄t cogi/

tat redire ad vomitũ. reuolui in
lutũ. mutare ꝓpoſitũ. Nõ eſt ille
bethleẽ iuda ciuitas dauid in q̃
naſcit̃ ieſus. Quõ enim ſalus illi
erit. q̃nquidez vera oĩno certaqꝫ
ſnĩa eſt. ꝗ is tm̃ q̊ pſeuerat vſqꝫ ĩ
finẽ ſaluus erit. Nulla enĩ ſocie-
tas eternitati ⁊ tãte mutabilita-
ti. Ei q̃ eſt. ⁊ ei q̊ nũq̄ꝫ in eodẽ ſta-
tu ꝑmanet. Sim⁹ ğ bethleem
dauid. i. manu fortis. vt panem
verbi quẽ recipim⁹ fortiter. i. ꝑ-
ſeuerãter. manu opatiõis cuſto-
diam⁹. Nõ em̃ q̊ dic̃ dñe d. aut
dictũ ab alio auſcultat. Sz q̊ fe
cerit volũtatẽ pr̃is ꝑ verbum dei
cognituz. hic frater dñi. ſoror. et
mater merer̃ appellari. Itaqꝫ ſi
nr̃a pctã añ dñi gloriã cõfitebi-
mur. ſi pacis interne trãquillita-
te fruamur. Si ꝑ hũilitatẽ ꝑuu
li panẽ v̾bi corde ꝑcipim⁹. opere
implem⁹. nec a ꝓpoſito declina-
mus. in nob naſcer̃ v̾bũ. hitabit
qꝫ nec nos deſeret in eternum.

D Attñ etſi in nob nat⁹ fuerit
dñs hitaueritqꝫ ĩ nob. nõ ex h̾ cõ
tinuo ꝯſũmati ſum⁹. Nã iniciũ
ꝑfectiõis ẽ hec ſpũalis natiuitas
et nõ ꝯſummatio. ſic ⁊ iniciũ vite
natiuitas corꝑalis. Nitẽdũ ita-
qꝫ eſt ⁊ ſumope conandũ ad ꝑfe-
ctionẽ. ⁊ ꝑ certos gradus. q̄ſi per
etatũ ſpacia aſcẽdendũ. quatin⁹
hui⁹ ſcalari aſcenſu. magiſ magiſ
qꝫ mereamur dñz inhabitatẽ nõ
tñ oẽs eq̄liter inhabitat. ſz diffe
renter ſm gradũ gratie ꝑ quã in
habitat differentẽ. Vñ Cancell̾

pariſieñ. in ſer. d̾ hac feſti. pulcrã
ſilĩtudine aſcenſum iſtũ opib⁹ ſi
ue officiis deſignat mõ genit̃ in
fantib⁹ exhibendis. Ait em̃ par
uulus iſte vt alioꝝ vſus requirit
ſeptẽ tracter̃ obſequiis. primo in
uoluendus eſt. ſcdo reclinãdus.
tertio cuſtodiẽd⁹. q̄rto leuãdus
q̊nto balneãdus. ſexto paſcẽd⁹.
ſeptimo baiulãdus. Videam⁹
quõ hec obſequia puero nr̃o ſa-
gaciter ⁊ ſpũaliter ĩpendam⁹.

Benito nãqꝫ in cordibus nr̃is
dño ꝑ fidẽ. atqꝫ ꝓpoſitũ exequẽ-
di diuinã volũtatẽ. ſm illd̾. q̊ fe-
cerit volũtatẽ pr̃is mei. ip̃e meus
frater. ſoror ⁊ mr̃ eſt. ꝓmũ ẽ ĩuol-
uere pueꝝ ieſum pãnis mũdis et
feruidis lacrimaꝝ lixiuio lotis.
q̃m puer iſte in ſordidis pannis
q̊eſcere nequit. ſm illud Sap. j.
In maliuolaz aĩam nõ introibit
ſapia. Lacrime igit̃ deteſtatiõis
pctõꝝ. dũ ꝑ auſterũ ſaccũ amare
recordatiõis pctõꝝ. velut cinerũ
in eo collectoꝝ fuerit collate. effi
caciſſimũ ad mũdificationẽ con
ſcie lixiuiũ efficiunt. Et hic ꝓm⁹
gradus vite ſpũalis. q꞉ nemo ni-
ſi veteris vite eum peniteat. pote
rit nouã inchoare. Aug⁹. Dic ꝓ
pheta. Lauabo per ſingulas no-
ctes lectũ meũ ſcꝫ ꝯſcie. lacrimis
meis ſtratũ meũ rigabo. Quid
ꝑ lectum ac ſtratũ niſi conſcien-
tia in qua velut ĩ lecto anima q̊e-
ſcere ſemper deſiderat. et ab ea
non remorderi. Unde eſt ꝗ ſem-
per excuſatiões querit etiã ĩ hiis

que ꝯtra eiꝰ dictamē ſunt attem
ptata. Et dum ꝯſciam nō ſequit
ſaltem ad hoc tendit vt male ge‑
ſta excuſent. ¶ Hoc aūt obſequi
um iuſticia miniſtrabit. q̇ppe iu‑
ſtum eſt vt qui auerſus a deo cre
ature oblectamēta captabat. ip‑
ſam noxiā delectatiōem ad deuz
rurſum ꝯuerſus. amaris gemiti‑
bus compenſet. ne ſi ipē negligēs
fuerit. a crudelibꝫ paciat tortori
bus. quibꝫ dictū eſt. q̄tum glori
ficauit ſe in delicijs. tantuz date
illi de tormēto. Apoc. 18. Hic ſa‑
lomon Prou. 18. Juſtus in ꝑnci
pio accuſator eſt ſui. ¶ In‑
uoluto puero hijs mūdate ꝯſcie
pannis. ob ſomni quietē in cuna
bulis reclinādus ē. Hoc aūt mi‑
ſtice agimꝰ. dum ꝯtinuata pecca
torū diſplicentia. de diuina miſe
ricordia ꝓſumimꝰ. veriſſima eius
ꝓmiſſione ſubleuati. qua ꝑ Jſa.
ca. 50. ait. Nūquid abbreuiata
aut ꝑuula facta ē manus mea vt
redimere nequeaz. Fiatq̄ȝ nobis
dilectus dn̄s noſter ieſus. faſci‑
culus mirre ob amarā pctōꝝ de‑
teſtationem inter duo aīe vbera.
metū ⁊ ſpem cōmorans. vt Can̄.
j. ait ſponſa. Dum in ſilentio pa‑
ciētie lōganimiter ꝓſtolando. ex‑
pectamꝰ diuine miſericordie ꝯſo
lationē. ſm illud Thren̄. 2. Bo‑
num eſt ꝓſtolari cum ſilentio ſalu
tare dei. Dormit enī in nobis do
minus pio ſomno. ſm Orige. in
omel'. ſuꝑ illud Matth. 8. Aſcē
dente ieſu in nauiculā. dū noſtrā
patientiā ⁊ tolerantiaz expectat.
vel impioꝝ penitentiā ⁊ ꝯuerſio‑
nem. Vn̄ nōnunq̄ȝ lotis ꝯſciētie
pannis. acriores inſurgūt tenta‑
tiōes. nec ſtatim eas cohibet. ſed
quaſi dormiens patienter n̄ram
vt dictum eſt pacientiā expectat.
vt habeat vn̄ nos iuſte remune‑
ret. Vnde ⁊ ſi dormire videt. vi‑
gilat tn̄ ſuꝑ nos. dum vt Apl'us
ait. Fidelis dn̄s nō patit nos tē‑
tari ſuper id qd̄ poſſumus quin‑
imo facit cū tentatiōe ꝓuentū vt
poſſimus ſuſtinere. j. Coꝛ. 10.
Hoc aūt obſequiū exhibet virtꝰ
ſpei. q̄ inordinatus timor. ex pec‑
catoꝝ memoria in deſperationez
trahēs lōge pellit. ⁊ aīa in ancho
ra cōfidentie ſolidat. ſm illd̄ ad
Heb. 6. Spem ſic ancoram ha‑
bemus anime tutā ⁊ firmā. Hāc
tanq̄ȝ galeam ſalutis induamur.
ſciētes. q2 nō poſuit nos deus in
iram ſed in adquiſitionē ſalutis.
ꝑ dn̄m n̄rm ieſum xp̄m. qui mor‑
tuus eſt pro nobis. vt ſiue vigile‑
mus ſiue dormiamꝰ. ſimul cū illo
viuamꝰ. j. ad Teſſal'. 5. ¶ Et at‑
tendite q̄ȝ pulcre opus iuſticie ſe‑
quit opus ſpei. ne fiat vana pre‑
ſumptio. ſi nō ꝯuerſi nec peniten‑
tes vitam ſperemus. vn̄ in ps̄ dr̄.
Sacrificate ſacrificiū iuſticie et
ſperate in dn̄o. Et qd̄ ſacrificiū
deo acceptius. ſpū ꝓ peccatis cō‑
trito. ſm illud Sacrificiuz deo
ſpiritus cōtribulatus. cor contri
tum ⁊ humiliatū deus nō deſpi‑
cies. Quotiēs igit emūdata cō‑

ſcientia ſpe firma diuinā ꝯſolā-
tionez longanimiter expectātes.
parati ſumus ſuſtinere tentatio
num incurſus. totiēs miſtice pu-
erum ieſum pannis inuolutuz vt
dormiat. ac noſtrū agonem expe
ctet in cunabulo reclinamus.
F ¶ Reclinato puero. cuſtodiā
adhibere oportet. ne īportunis
ſtrepitibꝫ an tps excitet. Miſti-
ce h agit. Si ꝑ cordis trāqllita-
tē ac pacē a maloꝝ negocioꝝ fra-
gore. ꝛ litiū ſtrepitu. ꝛ ſupflua ſo
licitudīe locū qetis dn̄i ī pace cu
ſtodimꝰ. Fortiter illud abner. j.
Regū. 26. Dū vehementior ter-
renaꝝ curaꝝ inſonuerit exclamā
tes. Quis es tu q̄ clamas ꝛ inqe-
tās regē. Facimꝰ h ſi diligenter
menti noſtre impreſſerimus illd
Matth. 16. Quid pdeſt hoī ſi
vniuerſū mundū lucret. aīe autē
ſue detrimētū patiat. Et ſi ſcdm
bti petri āmonitionē. oēm ſolici
tudinē in eū pꝛ̈ciamꝰ. qm̄ ipi cu
ra eſt ꝑ nobis. j. Pet. 5. Si de-
niqꝫ ſenſus nr̄os iterū atqꝫ iterū
monere nō ceſſamꝰ. vt ab oī no-
ciuoꝝ incurſu. pueri huiꝰ lectulū
cuſtodiāt. nihil deforis inferant
huius pueri turbatiuū. cōminā-
tes attrociter negligentibus. il-
lud qd ibidem in perſona dauid
ſubditur. Viuit dn̄s. filij mor-
tis eſtis. qui nō cuſtoditis domi
excideris. ¶ Honoremus ergo ſa-
cratiſſimã diem. in quo ſalutis
autor apparuit. adorem⁹ quoqꝫ
omnipotentem in celis. quẽ ma-
gi infantem venerati ſunt in cu-
nabilis offeramus dona miſtica
ꝑ deuotionem cordis internam.
ſicut illi obtulerunt ei munera.
aurũ thus et mirram. de quo ꝑ
gratia Aue maria. ¶ B Q̃-
uis in hodierna dñice declarati
onis die multiplicter dominus
legitur manifeſtatus. eadẽ qui-
dem die. ſed tempore nõ eodem
Nam tredecimo natiuitatꝫ ſue
die. vt vult glo. magis ſtella du-
ce in bethleem iude ciuitate da-
uid oſtenſus eſt. eadẽ deniqꝫ die
euolutꝫ. 30. ãnis. vt vult Berñ.
Baptiſatus a iohanne in iorda
nis fluuio. voce patrꝫ. Hic eſt fi-
lius meus dilectus in quo mihi
bene complacui. ⁊ ſpiritusſancti
deſcẽſione in corporali ſpecie co-
lumbe. celebri teſtificatione ma-
nifeſtatus eſt. Ipſa deniqꝫ die.
vno anno reuoluto. ad nuptias
vocatus miraculorum ſuorũ pri
micijs. mutatione ſcz aque in vi
num potẽtia diuinitatis ſue. di-
ſcipulis ſuis omnipotens inno-
tuit. Unde et crediderunt in eũ
Joh. 2. ¶ Quia tñ adhuc ſan-
ctum ac virginale matris cõme-
moramus puerperiũ. ac dulcis ẽ
nobis ſaluatorꝫ noſtri infantia.
eam que magꝫ facta eſt in infan-
tia apparitionẽ. principalius co
lit ac ſolẽnizat eccleſia. In octa-
ua ꝟo die de ſecũda. Et ſequen-
ti dominica de tercia feſtum fa-
cit. q̃d cantica eorundez dierum
declarant. Et recte primã do-
mini apparitionẽ celeberrima fe
ſtiuitate honoramus nos. qui d̃
gentilitatis errore. ſola dei miſe
ricordia conuerſi ſumus. qm̃ vt
dicit Leo papa. Agnoſcimus in
magis adoratoribus chriſti vo-
cationis noſtre. fideiqꝫ ṗmicias
exultãtibuſqꝫ animis beate ſpei
inicia celebramus. Exinde enim
in eternam hereditatem cepim⁹
introire. exinde nobis loquenti-
um chriſtũ ſcripturarum archa-
na patuerũt. Et veritas quã iu-
deorum obcecatio non recepit.
omnib⁹ nationib⁹ ſuum lumen
inuexit. Hec ille. ¶ Hanc ergo
noſtram vocationem. in ipis ma
gis iniciatam. ſm̃ ꝙ euangelica
prodit hiſtoria attente audiam⁹
vt deniqꝫ quid nobis miſericor-
diam a domino cõſecutis agen-
dũ ſit clari⁹ cognoſcam⁹. Euan
geliũ itaqꝫ ita dicit. Cũ nat⁹ ⁊c̃.
C ¶ Dimiſſa expoſitõe lr̃ali qm̃
plana eſt. diligẽter ꝯſiderem⁹ q̇d
ad tantoꝝ patrũ nr̃oꝝ imitatio-
nem agendũ nobis ꝓponat. ne ⁊

nos ingrati in idipm incidamus
iudaice incredulitatis exemplū.
Sicut ad Heb.4.hortaꝛ. Si
inquit Ro.11.naturalibꝫ ramis
nō pepercit.ne forte nec ⁊ tibi ꝑ-
cat. ¶ Et quidē dignum ꝑ oēm
modū eſt.nos in hac die nr̄e de-
ſponſationis.vocationis ⁊ ſpiri
tualis nr̄e natiuitatis oblatiōes
dn̄o offeramꝰ.ſicut ⁊ patres no-
ſtros hodie feciſſe legimꝰ. Qua
lia.querit Augꝰ.ſer.ꝺ natiuita-
te q̄ incipit. Rogo vos fratres.
Sunt inquit multi qui vouent
alius pallam. alius oleū. aliꝰ ce-
ram ad luminaria noctis. alius
vt vinū per vnum annum nō bi-
bat.alius vt ieiunia certo tempe
faciat. Alius vt carnem non co-
medat. Nō eſt iſtud votū opti-
mū et perfectū. adhuc meliꝰ vo-
lo. Nō elegit dn̄s nec ꝓpiciatur
ſpecie tua.nec oleo tuo. nec ieiu-
nio tuo. ſed hoc quod in te rede
mit.hocipm offer.hoc eſt animā
tuā. Et quō animā offeramꝰ o-
ſtendit.cum ſubdit. Cogitatio-
nibꝰ ſanctis. moribꝰ caſtis.ope-
ribꝰ fructuoſis. Auertēdo a ma
lo cōuertēdo ad bonū. damnan
do viciū.amando deū. Cui con
cordat illud Ecci.35. Sacrifi-
cium ſalutare.attendere manda
tis.⁊ diſcedere ab omni iniqui-
tate. Et Michee.6. Quid di-
gnū offeram domino. Sequiꝛ
Indicabo tibi o homo quid ſit
bonū.⁊ quid dominꝰ requirat a
te.vtiq̄ȝ facere iudiciū.diligere
miſericordiā.et ſolicitū ambu-
lare cū deo tuo. Hec quidē faci-
mus ſi miſtice aurū thus et mir-
ram cum magis offeramus. Cū
eni magos hec obtuliſſe legimꝰ.
nos de theſauris nr̄is ait Amb.
ſuꝑ Luca 3.talia munera ꝓfera-
mus. Habemus eni theſaurū il
lum in vaſis fictilibꝫ. Quid er-
go aurū.quid thus.quid mirra
ſignificet audiamus. Et quidē
ad litteraȝ hec fidem inſtruunt.
qm̄ hijs muneribꝫ dn̄o oblatis.
in eadem ꝑſona. incōmutabileȝ
deitatem.poteſtatem regiam.ac
paſſibilem ⁊ verā humanitatem
magi ꝓfeſſi ſunt. In quo here-
ſes arrij.manichei. neſtorij ⁊ eu-
thicetis.ceterorūq̄ȝ circa xp̄i di-
uinitatem vel humanitatem er-
rantiū ꝯfunduntꝛ. ꝓut late ꝓſe-
quiꝛ Fulgentius in ſermone de
Epipha.qui incipit. Noſtis fra
tres cariſſimi. Thus enim ad ſa
crificiū. Aurū ad tributū. Mir
ra ad ſepulturam ꝑtinet mortu-
orum. Omnia hec ait idem ſan-
cta fides noſtra veraciter offer-
re nō deſinit. dum vnū eundēq̄ȝ
verum deū. verum regē. veꝝ ho-
minē ꝓ nobis vere mortuum cre
dit. ☞ ¶ D Ad tropologiaȝ
tū nos ꝯuertentes videamꝰ.ſi in
vaſis noſtris hec munera inueni
re poſſimus. vt ⁊ nos dn̄o offera
mus. Habemꝰ aūt tria vaſa ſiue
tres ſacculos i anima noſtra. in
quibus cuncti theſauri nr̄i ſunt
recluſi. Hij ſunt intelligētia. vo

lũtas. virtus executiua. ¶ Hijs enim tribus potẽtijs. cuncte virtutes ītellectuales ⁊ morales ſed et eoꝝ actus cauſaliter reſeruantur. In hijs deniqꝫ aurum thus et mirra miſtice recluduntur.

Quid enim aurũ moraliter rectius. q̄ꝫ ſapientiaꝫ vt Gregoriꝰ omel'. 10. teſtatur ſignificat de q̄ Salomõ ait. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in corde ſapientis. Et iterũ ſi diuitie appetuntur. quid ſapientia locupletius. Sap̄. 8. Quippe auꝝ ſplẽdet ⁊ durabile magis eſt. ⁊ ceterꝭ metallis precioſiꝰ. Et d̄ ſapiẽtia ſcribiť. q꞉ clara eſt ⁊ nunq̄ꝫ marceſſit. Sap̄. 6. Precioſior deniqꝫ eſt cunctis opibus. ⁊ omnia q̄ deſideranť huic nõ valent cõparari. Prouerb. 3. Teſaurus aũt ille in ꝓmptuario intelligẽtie collocatur. Thus' ꝟo qd̄ in ſacrificio incendiť. frequẽter or̄onis deuotionẽ repreſentat. ſicut ait ꝓpheta regius. Dirigať oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Et Joh. in Apoc̄. Incenſa (angelo thuribulũ aureũ in manu habente) data. docet eſſe orationẽ ſanctoꝝ. Eiuſdc̄. 8. Eſt ãt oratio ſm̄ Dam̄. affectus mẽtis in deum. ꝑ amoroſam ſcꝫ affectionem. Affectio aũt que ꝑ̇ncipale in oratione eſt. ad alteram thecã voluntatẽ ſcꝫ ꝑtinet. et in eiꝰ theſauris numeratur. Mirra ꝟo quia amaritudinem habet. exteriorum laborem operũ quibꝰ pena annexa eſt ⁊ fatigatio vñ in ꝑſona fideliũ laboratorum dicit ſponſa in canticis. Manus mee diſtillarunt mirrã primã. Cañ. 5. Pertinet itaqꝫ mirra ad theſauros executiue potentie.

C ¶ Offeramus ergo dño auꝝ d̄ ſacculo itellectiue. Quõ? Certe nõ equa omnium eſt oblatio. Offert incipiens. Offert auruꝫ et ꝓficiens offert abundantius iam perfectus. ¶ Incipiẽtes domino aurũ offerunt. qui doctrinas fidei ⁊ moꝝ diligenter querunt. reuerenter ſuſcipiũt. ⁊ tenaciter cuſtodiunt. Diuinas reuelatiões ⁊ ſcripture ſacra dogmata. et quecũqꝫ eccleſia credenda tradit. ſue prudentie anteponũt ſimplici ⁊ pia fide credẽtes. et in captiuitatem redigentes. omnẽ intellectum in obſequiũ fidei. 2. Coꝝ. 10. Voluentes ſemper mẽte illud Ecc̄i. 16. Ne ſis incredulus verbo dei. cuius nõ dubitat eſſe quidquid eccleſia cuius ipſe ſponſus eſt credendũ tradidit. Qui ꝟo credere rẽnuit. niſi que ſuo intellectu videt. nihil domino offert. ſed aurũ ſibi reſeruat. Quorum deniqꝫ ſolicita eſt cura. inueſtigare et intelligere ſine quorum cognitione peccata vitari non poſſunt. qualia ſunt p̄cepta d̄calogi ⁊ cetera eccleſie ſtatuta. quantũ ſtatum ſuum cõcernunt. Dico ſolicita. quia tanta

ad min⁹ quantā apponūt p cor-
poralis vite ſuſtētatiōe pcuran-
da. imo maiorez. quo vita ſpūal'
que ſine hoꝝ cognitiōe ſuari nō
pōt. maior ē corpali. Memores
illius ſapientis. Que pcepit tibi
deus cogita ſemp. Quoꝝ demū
ꝯſilia ſemp in dn̄o pmanent ſm
conſilium tobie. Tob. 4. Ita vt
in omnibus agendis deū reſpici
ant. Min⁹ offerre nō poteſt qſ-
quis dei mādata cuſtodire ſata
git. Et iō hec oblatio auri oīm
iuſtoꝝ eſt. Nec abſqꝫ illa ſpes eſt
alicui fideli. ¶ F Proficiētes
xpo in via dn̄i ac virtutū adquiſi
tioni inſudantes. aurū intelligē
tie copioſi⁹ offerūt. dum nedum
neceſſaria ſalutis ſcire laborant
ſed omnē cogitatū. oīme ꝯſidera
tionis ſtudiū. a vanis et inutili-
bus cōpeſcere conant. Quibus
omne ſtudiū et omnis doctrina
de curioſitate ſuſpecta eſt. q̄ non
ordinat actu vel habitu. media-
te vel imediate ad bn̄. moraliter
gratuiteqꝫ viuendum. Scien-
tes qꝛ vt dicit Gerſon. in de ſtu-
dio religioſ. In illa die extre-
mi examinis. non interrogabit.
q̄ꝫtum acut⁹ fuerit intellectus et
eruditus. ſed qualis fuerit affe-
ctus noſter ad dn̄m deū noſtrū.
hoc eſt q̄ꝫ ſimplex. humilis. deuo
tus. ſpontaneus. ꝛ fidelis in dei
ſeruitio ſm eam vocatiōez q̄ vo
catus fuerit. Hi rumores fugi-
unt. nouitatib⁹ aures includūt
de curioſis nō cōferunt. ſed ſo-
lum eam intellect⁹ eruditionem
querūt. quib⁹ affectus valeat in
flāmari. Ita etiā nō mō illa q̄ ne
ceſſario p ſua et ſuoꝝ ac paupe-
rum ſuſtentatiōe mente tractare
coguntur. ſed qđ magis ꝯgruit. ſa
luti ꝛ diuino honori ptractant.
Agunt ſiquidē more apum. que
flores ſingulos ꝯtingūt. ꝛ quid-
q̇d dulce ꝛ generādo melli acco-
modū guſtauerit. ſine floris leſi-
one in alueolū cōportant. Non
difformiter ipi oculo intellectua
lis cōſiderationis floridas ami-
corum dei ꝯuerſationes puolāt.
ſctōꝝ virtutes pluſtrant. gratiā
vniuſcuiuſqꝫ explorāt. ꝛ q̇dquid
dulce ſanctū ꝛ ſuaue inuenerint.
in alueolum memorie recondūt.
Siquidē ab alio hūilitatis. ab
alio paciētie ꝛc. flores decerpūt.
Atqꝫ nō ſoluz hoc cognoſcere. ſꝫ
p imitationem in mores trāſfun
dere. eiſqꝫ domū mentis conten-
dunt ornare. In horū pſona ait
ſponſa in canticis. ca. 3. Surgā
et circuibo ciuitatem p vicos et
plateas querā quem diligit ani-
ma mea. Que verba pulcerri-
me ad ppoſitū exponit Richar-
dus ca. 2. ſuper cantica.
¶ G Perfecti vero abun
dantiſſime aurum ſuum offerūt
quia totum quod habent impē-
dunt. quatinus mereātur a deo
ꝯtēplationis grā illuſtrari. Nil
ſibi ſeruāt. Nil ſue induſtrie at-

tribuūt ſm apl'i cōſiliū. ſtulti fi-
unt ſeculo vt ſint ſapiētes deo. j.
Cor. 3. Sciētes q2 ſtulta mun-
di elegit deus vt ↄfundat ſapiē-
tes. j. Cor. j. Quid eni ait Gre-
go. 27. moraliū in fi. quid ī hoc
mundo ſtultius ꝙ amiſſa nō q̄-
rere. poſſeſſa ſapienter relaxare.
nullam ꝓ acceptis iniurijs iniu-
riā reddere. imo accepta vna ad
aliam per pacientiam ſe prepara
re. Hanc ſibiipſis maximam in-
ferre putant iniuriam. ſi ad q̊d-
cunqꝫ tranſitorium ſuas cogita-
tiones cum deliberatione refle-
cterent et ſe ab eternorum medi-
tatione impedirent. Ideoqꝫ ni-
hil terrenum. nihil forenſe. ſꝫ ſo
lum ea que dei ſunt mēte pertra-
ctant. Nouerunt enim. quia ne-
mo poteſt duobus dominis ſer-
uire. aut eni vnū o. ha. ⁊ al. dili.
ꝛc. Matth. 6. Et. 2. Thimo.
2. Nemo militans deo implicat
ſe negocijs ſecularibꝫ. Propheta
quoqꝫ ait. Uacate ⁊ videte quo-
niam ego ſum deus. Nā ſi aliq̇d
preter ꝓpoſitum per corporales
ſenſus ingeritur. q̄uis terrenū
ꝙuis carnale. atqꝫ alijs in laſci-
uiam cedat totum eis vertitur ī
ſinceriſſimas meditatiōes. No-
uerunt enim in omnibus. creatu
ris. quia in omnibus eſt veſtigi-
um dei. deum ſpeculari. d̉ quibꝫ
veriſſimum eſt verbum apoſtoli.
quia diligentibus deum omnia
cooperantur in bonū. Ro. 8. hij

quia mortui ſunt et vita eorum
abſcōdita eſt cum chriſto. Col'.
3. Nihil ſe ſcire iudicāt. niſi chri
ſtum. ⁊ hunc crucifixum. Hec e-
orum omnis philoſophia. Ideo
qꝫ omnem intelligentie theſaurū
offerunt deo. ☞ C H Uide
amus modo quomō de theſau-
ro appetitiue potentie thus offe
ramus. Et dictum eſt. ſ̄. quia ꝑ
thus mentis aſcenſus ſiue affe-
ctus in deum ſignificat. q̇ ⁊ prin
cipalius eſt in oratione. ⁊ frequē
ter per thus ſignificat. Thus er
go offerunt quicunqꝫ ad deū be
ne. i. amoroſe afficiunt. Nō qui
dē illa affectiōe. que dulce quod
dam ſentimentum eſt ⁊ ſuaue. cō
ſequēs bonas meditationes vel
cogitationes de deo. que excitat
quādoqꝫ deuotionē. i. ꝓmptitu
dinem voluntatis applicandi ſe
totaliter ⁊ delectabiliter ad ea q̄
pertinent ad dei famulatū et ho
norē. ſꝫ ſm ſctm̄ Tho. ſcd̉a ſcd̉e.
q. 72. q̄nqꝫ etiam ſequit̄ vel co-
mitatur. Quā quidem dulcedi-
nem vel deuotionem multi q̇ ſpi
rituales eſſe volūt idocte credūt
fore gratiā gratū facientē. Hāc
dum ſentiunt. ſe ſecuros putāt.
Dum carent vehementer triſtan
tur. putātes ſe a deo derelictos.
ideo in omnibus ſuis exercitijs
hoc querūt vt dulciter affici poſ
ſint. Qd̉ ſi datur iam ſe putant
cōprehēdiſſe. ⁊ in hac cōceſſa q̇e-
tant̄ ⁊ ea quo ad poſſunt fruunt̄

Errant hij periculoſe. Nam de
hac affectione ita loquit̃ Rich.
ſer. 6. ſup cã. Dulcis in deum af
fectus. interdũ minus diligentẽ
et minus perfectum plus afficit.
Nõ eni tm̃ q̇s diligit q̃ztũ hunc
ſentit. Nam quodãmõ ille car-
nalis eſt ⁊ fallax. ⁊ hũanitat; in-
terdũ pluſq̃z grẽ. cordis q̃z ſpũs.
ſenſualitatis q̃z rationis. ita vt
mag; accẽdat aliq̃n ad min⁹ bo-
nũ. ⁊ min⁹ ad maius. ⁊ ad id qđ
amplius ſapit q̃z qđ expedit. hoc
affectu diſcipuli errabãt ⁊ carna
liter deũ diligebãt. cui⁹ p̄ſentia
carere nolebãt. Vñ etiã nõ dili-
gere arguebãt̃. qꝛ qđ delectaret
mag; q̃z qđ expediret ãplectabat̃
Sic interdũ carnal' aliq̇s ⁊ imp
fect⁹ ad deũ afficit̃. non ꝙ valde
diligat. ſed ꝙ dulcedinẽ grẽ de-
guſtat. que q̃ztũ durat tm̃ iuuat
Q̃diu eni durat dulcedo tã diu
durat dilectio. Et ſequit̃ inter-
dum hãc mag; ſentit leuis corde
⁊ inops grẽ. Exigue eni letificat
pauperẽ. Subdit. ſufficit etiaʒ
aliquotiẽs affect⁹ ille dulc; a ma
lo ſpũ. cuius cauſa ibidẽ cõſeq̃n
ter ſubinfert̃. vide ibi. ❡ Hec iđ
dixi. ne qui hanc ſibi ſentiunt ni
mis creduli ſint. aut in ea confi-
dant. ſed ad veram dei et liberã
dilectionem eliciendam fortius
conẽtur. ❡ Neq̃z qui hec nõ ſen-
tiunt nihil turbentur. dũmõ tñ
qđ in ſe eſt agere non p̄termittãt
Non enim dulcedinem illã do-
min⁹ acceptat. tanq̃z aliquid re-
muneratione dignũ. qꝛ ex nobis
nõ eſt nec in noſtra poteſtate eſt.
❡ J Sed eſt alia dilectio
dei. quã libere elicim⁹ p̄ſuppoſi-
ta cognitione dei per fidem. ſm
dictamen rõnis recte. fidei lumi
ne illuſtrate. q̃ deo bene ꝓpter ſe
ip̃m volum⁹. atq̃z in eius ꝑfecti-
one gaudemus. ⁊ nos ſue volun
tati cõformare cupimus. Et hic
amor diſpoſitio ꝓxima ẽ ad gra
tiã gratũ facientẽ. ⁊ ea inexiſtẽte
ac cooperante meritoria eſt vite
eterne Et de hac dicit vbi ſupra
Rich. ꝙ hec amore tm̃ diligit q̃z
tum quilibet in virtute fundat⁹
fuerit. ac in ſeruandis mandat;
fidelis habet̃. Hic ꝗ amor thus
eſt illud bene redolens in cõſpe-
ctu domini. Sicut de ſic aman
tibus Apl'us ait. Bonus odor
chriſti ſumus deo. 2. Cor. j.
Hoc thus offert̃ in triplici diffe
rentia. Offerunt eni incipientes
dum deũ ꝓpter ſeip̃m plus om̃i-
bus diligũt. nec qđcũq̃z dilectuʒ
etiã ſi magis carnaliter afficeret
equaliter deo appreciant̃. Qui-
imo parati ſunt magis omnẽ di
lectionem poſtponere. q̃z diuinũ
deſerere amorem. Nullũ maius
damnũ imminere poſſe credẽtes
q̃z hac dilectione et ꝑ cõſequens
gratia priuari. Tales nihil dili-
gunt cõtrarium. aut incompati-
bile dilectiõi diuine. Sed tamẽ
multa impertinentia delectabili

ter amplectunt̃. Diligūt deū p-
pter ſeipm̄ deū. Nihil diligūt ꝯ
deū. ſed q̄dā diligūt nō ꝑpt deū
Cauēt ꝓhibita. ꝯceſſa vtunt̃ li-
centia vtunt̃ mūdo ⁊ carne. ſꝫ ci-
tra trāſgreſſionē mandatoꝝ dei
Et vt aplus. j. Coꝝ. 7. ait Gau
dent de trāſitorijs. ſꝫ q̄ſi nō gau
dentes gaudēt. Emūt ſed quaſi
nō poſſidētes ⁊c̃. Quia ſm̄ Gre
go. omel. 36. ſic tenēt q̄ mūdi ſūt
vt tñ nō ꝑ ea teneant̃ i mūdo. ter
renas res poſſidēt nō poſſident̃.
habent res tꝑales in vſu ſed eter
nas in deſiderio. tꝑales in itine-
re ſed eternas in ꝑuentiōe. Gau
dēt itaqꝫ ſed tanq̄ꝫ nō gaudētes.
q꞉ ſic de tꝑalibus bonis hilare-
ſcunt. vt tñ ſemp ꝑpetua tormen
ta ꝯſiderent. et in hoc ꝙ mentem
gaudio ſubleuāt. hanc cōtinuo
pondere ꝓuidi ſermonis p̄mant
Emūt ſed quaſi nō poſſidentes
dum ad vſum terrena p̄parāt. et
tñ cauta cogitatiōe preuident ꝙ
hec citius relinquent. Mundo
quoqꝫ vtunt̃ ſed quaſi nō vtant̃
q꞉ ad vite ſue miniſteriū cuncta
exterius neceſſaria redigūt. ⁊ tñ
hec eadē ſue menti dñari non ſi-
nunt. vt ſubiecta foris ſeruiant.
et tamē nunq̄ꝫ intentionēꝫ ad al
ta tendētis frangāt. nō dicit re-
tardant. ſed frangāt. Hijs ter-
rena oia nō ad deſideriū. ſed ad
vſum aſſunt. q꞉ rebus quibuſcū
qꝫ neceſſarijs vtunt̃. ſed nihil ha
bere cū pctō cupiūt De rebus q̄ꝫ

habitis cōtinue mercedes q̄rūt.
et plus gaudēt ꝺ bono ope q̄ꝫ de
bona poſſeſſiōe hec ille. Hoc ḡ
mō ꝺ theſauro volūtatꝭ thus of
fert icipiētes. nec min⁹ offerre po
terit q̄cūqꝫ in ſtatu ſalutꝭ eſſe cu-
pit. Nimirū plus ſibi de creatu-
rarū amore indulgere nemo pōt
ſine mādatoꝝ trāſgreſſione. ſine
q̄ꝝ obſeruātia in via itur ꝑditio
nis. ¶ K Abundāti⁹ aūt offe-
runt hoc dilectiōis thus ꝑficiē-
tes. qui nō ſolū oībꝫ diuinum
amorē p̄ferūt. ſꝫ etiā ad act⁹ di-
lectōis eliciēdos frequēti⁹ ſe ex-
ercent. q̄bꝫ iā oīm eoꝝ amor inci-
pit vileſcere. quib⁹ retardātur a
ꝑfectu. Memori mēte cōmēdā
tes. illud Augꝰ. li. 10. ꝯfeſ. Mi-
nus te amat q̄ tecuꝫ aliq̄d amat.
q̄ꝺ nō ꝑpter te amat. Idcirco a
carnalibꝫ voluptatibꝫ etiā ꝑmiſ
ſis. ⁊ mūdi implicatōibꝫ q̄ꝫtū va
lēt ſe expediūt. virtutū exercitijs
quibꝫ ad forti⁹ amandū cōuale
ſcāt intendūt. leti ad ſeruienduꝫ
deo. triſtes ad negocia mūdi q̄s
huic mūdo plus cogit neceſſitas
vel ꝓximi vtilitas q̄ꝫ voluptas.
Quoꝝ corda q꞉ incipiūt diuina
caritate dilatari. icipiūt ⁊ ipſi in
via mādatorū. nedū ire ſꝫ curre-
re. i. cuꝫ deſiderio ꝓficiſci. Sic
ꝓpha ait. Viā mādatorū tuorū
cucurri cum di. c. meuꝫ. Hij ſm̄
Greg. omel. 15. ſup Ezech. qui-
buſdā neceſſitatibꝫ obligati. hu
ius mūdi curꝭ inſuiūt. ⁊ vñ iā ex

magna parte excuſſerūt animū.
ibi adhuc tenent̄ inuiti. Cumq̄ꝫ
ſuper impoſita terrene occupati
onis portāt onera. minus in pre
ceptis celeſtibꝰ exercent̄. Anhela
re medullitus ad eterna gaudia
nō vacant. ipſa in eis ſua deſide
ria aliquādo langueſcunt. quia
animo curis tꝑalibus prepedito
vera gaudia que agnouit amare
tm̄. nō licꝫ. quātū libet. ¶ In eo
abundantiꝰ ꝑoribꝰ thus offerūt
q2 minus eorū amor diuiſus eſt.
⁊ integrior ad deum. quo tꝑalis
cura et diſpēſatio magis grauat
q̄ꝫ delectat. ¶ Sed amoris
thura abundātiſſime deo accen
dit. qui nedū deum diligit ꝓpt
ſe et cetera plurimū diligit i deo
ſed nec ſeipſuꝫ diligit niſi ꝓpter
deum. q2 vt Bern̄. ait. in de dili
gendo deū. diuino inebriatꝰ a-
more animꝰ. factuſq̄ꝫ ſibi ipſi tan
q̄ꝫ vas ꝑditū. totus pergit in de
um. et adherens deo vnus fit cū
eo ſpiritus dicens illud ps̄. De-
fecit caro mea et cor meuꝫ. deus
cordis mei ⁊ ps mea deꝰ in eter-
num. ps̄. 72. Cui ꝑmiſit. Quid
mihi eſt in celo ⁊ a te quid volui
ſuper terrā. Sic amoris ſui de-
uotionem omnem deo obtulit.
qui ait. Mihi viuere chriſtꝰ eſt
et mori lucruꝫ. Phil̄. j. vtputa q̄
nihil ſuum amauit. nec vitā. nec
mortem timuit. ſed xp̄m tm̄ in q̄
nec vitam ſuā morti. nec morteꝫ
ſuam pretulit vite. O amor ſan
ctus inquit Bern̄. vbi. s̄. et ca-
ſtus. O dulcis ⁊ ſuauis affectio
O pura ⁊ defecata intentio vo-
luntatis eo defecatior et purior.
quo in eodem ꝓprio nihil admi-
xtum relinquit̄ eo ſuauior ⁊ dul-
cior quo tantū diuinū quid ſen-
titur. Sic affici deificari ē. quō
aque ſtilla modica. multo infu-
ſo vino deficere a ſe tota videt̄.
dum ⁊ ſaporem vini induit ⁊ co-
lorem. Et quō ferrū ignitum et
candens igni ſimillimum fit. p̄-
ſtina ꝓpriaq̄ꝫ exutū forma. Sic
in ſanctis omnis humana affe-
ctio a ſemetipſa liqueſcit. atq̄ꝫ in
dei penitus tranſfundit̄ volūta-
tem. vt verꝫ ſit ꝙ eis deus eſt oia
in omnibus. j. Cor. 15. Mane-
bit quidē ſubſtātia. ſed alia for-
ma. alia gloria. alia potētia. Hij
deniq̄ꝫ vt Grego. ait omel̄. 15. ſu
per Ezech. Nulla que in mūdo
ſunt cōcupiſcūt. p̄ſentis vite lon
gitudinē penam reputant. exire
feſtināt ⁊ amoris amplexu in ce-
leſtis ſponſi viſione requieſcere
Mens itaq̄ꝫ que iam talis eſt in
quit. nullam p̄ſentis vite ꝯſolati
onem recipit. ſed ad illū quē dili
git medullitus ſuſpirat. feruet.
anhelat. anxiat̄. Uilis fit ei ipſa
ſalus corporis. q2 tranſfixa ē vul
nere amoris. Et ſequit̄. Mala
ſanitas cordis. que dolorē huiꝰ
vulneris neſcit. Talis vulneratꝰ
erat ap̄lus cū dixit. Infelix ego
hō q̄s me li. a. c. m. huiꝰ. Ro. 7.

¶ Incredibilia forte iudica-
rentur que dicta ſunt. niſi mille
m̄res iam preceſſiſſe cognoſcere-
mus. qui ita ſuiꝑſoꝝ obliti. toti
tranſierūt in deum. vt nedum ꝓ
illo oīa deſiderabilia ſpreuerit.
ſed corpa ſua immanibus tormē
tis cum gaudio obtulerūt. Sic
de apoſtolis in actibus dicitur.
Ibāt gaudētes a ꝯſpectu ꝯcilij.
☞ ¶ M Demū de theſau-
rario ꝟtutis executiue mirrā of
ferre curemus. Mirra etenim ⁊
ſi exteriora opera ꝓpter annexā
penalitatem ſignificat. vt. s̄. pa-
tuit. ſpecialius tamen opera pe-
nitentie et interiora et exteriora
que amaritudinem habēt ex pec
catorum deteſtatiōe repreſentat
Et hanc igit̄ offerunt. in primo
gradu. qui peccatoꝝ contritiōe.
confeſſione et penali ſatiſfactio-
ne peccata laborant extinguere.
⁊ recidiuā cauere. Et hoc omni-
um eſt. vt ad minus ſemel de q̄li
bet mortali cōmiſſo confiteant̄.
conterantur. et iniunctam exple
ant ſatiſfactionem. Alioquin q̄-
modo peccatori eſſet ſalus. dicē-
te Aug. Nemo niſi peniteat euȝ
veteris. nouam poterit vitaȝ in-
choare. In ſcđo gradu offerunt
qui nondū ſemel ſed quo ad vi-
uūt peccata deflent. Sic Deut.
9. dicit moyſes. Memento ⁊ ne
obliuiſcaris quō ad iracundiaȝ
ꝓuocaris dominū deum tuum.
Nec ſolū de mortalibꝫ ſed et ve-
nialibꝫ vehementer ſe affligūt et
dolent. mēores illiꝰ Ecci. 19. qui
minima negligit paulatī d̄cidit in
maiora. In tertio ḡdu ꝑfectiſ
ſime offert. q̄ nedū ſua. ſȝ ⁊ frm̄ ⁊
totiꝰ ppl'i pctā tanq̄ ppa deflēt.
ꝓ alioꝝ culpis ſe caſtigant. Et ſi
ex pietate hoc ꝑfecti faciunt. nr̄i
tm̄ hoc eſt officiū. q̄bꝫ d̄r. Pecca-
ta ppl'i mei comedetis Oſee. 4.

¶ In cena domini de di-
uiniſſimo eucariſtie ſacra
mento ſermo. I. prepara-
torius ad dignā ſacramē-
ti Eucariſtie ſumptioneȝ.
in ordine. XIX.

Quicunq̄ māducauerit pa
nem. vel biberit
calicem domini indigne.
reus erit corporis et ſan-
guinis domini. j. Coꝛ. ii.
☞ ¶ A Solent res precio-
ſiſſime magis nocere dum vl' im
proportionatis iunguntur obie
ctis. vel incautis veniūt in abu-
ſum Sic in naturalibꝰ ſolis cla
ritas oculos ferit lippientes. et
operoſiſſime medicine niſi ꝓpor
cionate fuerint magis ledūt. Ar
tificum quoq̄ inſtrumenta quo
acutiora fuerit. magis ꝯfundūt
incautū opificem atq̄ opus. Et
equus velocior facile precipitat
ſeſſorem. Ita ⁊ diuina beneficia
q̄nto maiora tanto ingratis dā-
nabiliora cenſentur. Hinc in ꝓ-

ſa canit eccleſia de hoc diuiniſſi-
mo Eucariſtie ſacramēto. Sū-
munt boni ſumunt mali. ſorte ta
men inequali vite vel interitus.
Mors ē malis vita bonis. vide
paris ſumptiōis q̄ꝫ ſit diſpar exi
tꝰ. Plus deniqꝫ ab eo exigit do
minꝰ. cui maiora ⁊ nobiliora cō-
tulit dona. vt teſtatᷣ magnus ille
Gregorius eccleſie paſtor vigilā
tiſſimus cum inquit omel'. 9. in
euangelio. Dum creſcūt. dona.
rationes etiam creſcunt donoꝝ.
¶ Sed inter vniuerſa diuie be
nignitatis dona nullum excellē-
tius diuiniſſimo eucariſtie ſacra
mēto. in quo vniuerſa nobis ex-
cellētiſſima donauit In eo ſiqui
dem vera chriſti caro. anima. di
uinitaſqꝫ continetur. Caro om̄i
corꝑe nobilior quā ſpūſctī mani
bus de puriſſimo conſtat vtero
formatā. Anima vero omni cre-
ato ſpiritu. gratuita perfectione
ſublimior eſt. cui ſpūs datꝰ ē nō
ad menſuram. Joh. 3. Ineffabi
lis quoqꝫ diuinitas fontana to-
tius boni origo. improporciona
biliter rebus ſuꝑeminet vniuer-
ſis. Hec aūt excellentiſſima do-
na nedū vt veneremur adhibuit
vt adoremus. vt mundi ſaluato
rem nobiſcum vſqꝫ in ſeculi con-
ſumationez p̄ſentem haberemꝰ.
quō veniens in terrā inter homi
nes viſus ꝯuerſatus eſt cum eis.
Sed vt tanq̄ꝫ delicioſiſſimo e-
dulio corporaliter ſumpto. ī ani
ma ſaginati. dn̄o intimiꝰ incor-
pararemur. O ienarrabilis cari
tas diuie ſapiētie q̄ ſibi delicias
cōputat eſſe cum filijs hominū.
Prouerb. 8. Neſcio reuera ſi ta
lis effectus aliquis. ſumme illiꝰ
caritatis oſtenſiuus vnq̄ꝫ ad ex-
tra apparuit poſt effuſionē ſan-
guinis cuius hoc ſacramentum
memoriale eſt. Magnum ꝑ oīa
caritatis indicium. cum ſumma
illa maieſtas humanā noſtrā in-
firmitatem in ꝑſonalem ſibi vni
onem aſſumpſit. Verū nō meā.
non tuā. ſed puriſſimaꝫ quandā
ab omni peccati labe immunē ſi-
bi ſumptam de virgine copula-
uit. Maius aliquid eſſe videtᷣ.
cum in hoc ſalutari cibo et mihi
et tibi ac cuilibet deſideranti li-
cet immundo licet peccatori. di-
gnatur cum gratiarū plenitudi-
ne intimari. et nr̄m quēlibet q̄ſi
cibum in ſe trāſformare. Corpo
raliter olim ſolam virginē inha-
bitauit de qua corporeā ſubſtā-
tiam aſſumpſit. Sed et nunc in
huius ſacramenti ſumptione et
corporaliter ſe infundit ſumenti
plenitudo maieſtatis. Quid mi
rum ſi tanti beneficij ingrati ac
immemores. pro bono malū in-
digne ſumendo reddētes. dum
maximis abuntūᷣ donis. maxi-
mis peccatis ſe contamināt. ita
vt etiam ab apoſtolo chriſti cru-
cifixoribus coequētur. Qui in-
quit manducat ⁊c̄. Aue maria.

B ¶ Quãuis rebus cognatos
ſermones eſſe debere. antiq̃ꝫ tra
dat auctoritas. qꝛ tñ cũ mgr̃i eẽ
deberetis ꝓpter tp̃s. rurſum in-
digetis vt doceami. que ſunt ele
menta exordij ſermonũ dei. et fa
cti eſtis quibꝰ lacte opus ſit non
ſolido cibo. hec eni ꝯcupiſcẽtijs
vr̃is viteqꝫ inordinatiõe clare in
ſinuatis. Ideoqꝫ ꝑmo plano ſer
mone dicendũ. qui digne. q̇ indi
gne accedũt. deinde q̃ꝫtum pctm̃
indigne ſumentes incurrũt. hec
duo. verba thematis in ſe clau-
dunt. ¶ Quo ad primũ duplici
ter aliq̃s intelligit̃ digne ſiue nõ
indigne accedere. vel qꝛ acceden
do non incurrit nouũ peccatum
mortale. etiam ſi nõ ꝯſequat̃ effe
ctum huiꝰ ſacramenti. Et ſic in-
digne accedit qui ꝓpter ſui indi
ſpoſitionẽ accedẽdo mortaliter
peccat. Et ſic loquitur apl'us de
indigne accedentib; in themate
Vel ſcd̃o mõ digne accedit q̇ ac
cedendo ꝯſequit̃ fructũ huiꝰ ſa-
cramenti tam in gr̃e et caritatis
augmẽto. q̃ꝫ in feruore eius. Et
ita ſepe loquunt̃ doctores q̇ mul
ta ponũt requiri ad digne ſuſci-
pienduꝫ. ſine quib; raro aut nũ-
q̃ꝫ huius cibi dulcedo in feruore
ſpiritus ſentitur. Unde viden-
dum eſt primo q̇d requirit̃ ad ſic
digne ſumendũ vt vitatur noua
offenſa dei. Ad hoc aũt requirũ
tur quattuor ex ꝑte ſumentis.
C ¶ Primum etas adulta. opor
tet nanqꝫ accedentem ſm̃ apl'm

poſſe diſcernere inter hũc cibum
et alios. Ad hoc aũt talis requi-
ritur etas in qua q̇s habet liber-
rõis vſum. Ideo pueri. fatui. ni
miũ ſenes. qui nedum corꝑe defi
ciunt. ſed etiam mente repuere-
ſcũt. ab hoc ſacramẽto ꝓhibent̃
et licet ipſi ſumendo nõ peccarẽt
qꝛ vſu rationis qui etiã peccato
ꝑſupponit̃ carent. tñ qui hec pro
curãt aut nõ ꝓhibent cum tene-
antur. grauiter delinquũt. Luꝫ
aũt tantũ ꝑualet rõ. vt diſcerne
re poſſint inter cibũ hunc ſpũa-
lem et aliũ cibuꝫ corꝑalem. Pu-
ta dum cognoſcere poſſunt ꝑ fi-
dem ſub ſpeciebus panis ꝯtine-
ri chriſtũ dominũ noſtrũ. verum
deum. verũ hominẽ. ꝓ nobis de
virgine natum. crucifixum ⁊c̃. et
hunc aliquatinꝰ amare ⁊ venera
ri. tanq̃ꝫ ſummũ omniũ. ac crea-
torem ⁊ redemptorẽ. iam cenſen
tur ex hac ꝑte ydonei. ad ſacra-
menti ꝑceptionem. Nam q̃d mi
nus eſt in intelligentia. ſupplet
in eis vite inocẽtia vt vult Tho.
in. 3. p. q. 80. In pueris aũt non
ſimul tꝑe apparẽt hmõi diſcreti
onis ſigna. in alijs citius. i alijs
tardius. ſm̃ q; etiaꝫ in exteriori-
bus pueri eiuſdeꝫ etatis nõ ſunt
eque ingenioſi. ¶ Poteſt aũt ca
pi de hijs experimentũ ſi ordiate
moueant̃ ſibi q̃ſtiões fidei. ſcꝫ ſi
credant aliquã ſummã rem fore
que omnia creauit que deꝰ dici-
tur. Si credant illum ꝓduxiſſe
hominẽ. vt poſt hanc vitaꝫ eter-

naliter viuat. niſi hic peccatꝫ de-
mereaꝛ vt perpetue crucieꝛ. Si
credat hunc filium miſiſſe ſibi e-
qualem deū. qui natus eſt ḋ vir-
gine maria vt hominez erudiret
verbo ⁊ exemplo. qui ꝓ peccatis
hominū tandē paſſus eſt. ⁊ mor-
tuus. tercia etiaꝫ die reſurrexit.
Neqꝫ hic chriſtꝰ hoc ſacramētū
inſtituit. in quo ipſe vere cōtine-
tur ſm corpus. animā. deitatez.
idē q̇ natꝰ eſt ex virgine. q̇ cruci-
fixus eſt. q̇ reſurgens aſcēdit ad
dexteram patris.. Ibiqꝫ manēs
eſt etiā ſub hoc ſacramento vbi-
cunqꝫ cōſecraꝛ. In quo ſe nobis
dedit in cibum anime ſpūalem.
quo ipſa in vita gratie vegetaꝛ.
et creſcit ad ꝑfectum. dum tñ di-
gne ſumiꝛ. Ex hijs et ſimilibꝫ q̄-
ſtionibus quibus examinādi pa-
riter ⁊ inſtruendi ſunt pueri. fa-
cile deprehendūt. an accedere de-
bent vel abſtinere. Nā ſi forte ni-
mis ideote ſint parentes. requi-
rant ad hoc ꝯſiliū vel plebani vł
alterius diſcreti viri. Nec h̄ tm̄
de pueris ſed ⁊ de multis obtu-
ſis ſenibus dictū intelligaꝛ. qui
aliquādo inueniunꝛ pueris ma-
gis groſſi. Neqꝫ eni poteſt q̇s di-
gne cōmunicare. niſi q̄ dicta ſūt
firma fide credat. Alioq̄n quo-
modo dijudicabit q̄ḋ ſumit. In
cuius figurā ante menſaz ꝓpoſi-
tionis in tabernaculo dn̄i poni
candelabꝛuz iuſſum eſt moyſi vt
ſignificaretur nulluz debere ad
menſam hanc domini accedere.

niſi in eo fidei lumen luceret.
Curioſas aūt q̄ſtiones quō ma-
gnus ſub paruo. quō idem in di-
uerſis ſimul locis eſſe poſſit et ſi-
miles. relinquāt. totū deo com-
mittāt apud quē nō eſt impoſſi-
bile omne verbū. q̇ de nihilo mū-
dum creauit et in nihilū cum pla-
ceret redigere pōt. Hic magna
ſub paruis claudere. Ac ꝑua ma-
gnis equare poteſt. ſicut de ani-
ma que nullaz habet extenſionē
et tñ toti corpori coexiſtit. Hoc
docuit figura cum in eſu paſcha-
lis agni reliquias igne iuſſit cō-
buri Exo. 12. ☞ ¶ D Secōm
requiſitū. eſt ieiunium nature vt
ſcꝫ omino nihil ꝑ modū cibi pri-
us ſumptū ſit illo die. i. a media
nocte a qua diē incipit eccl'ia. ab
extrinſico. ꝓpter ſaliuam ⁊ reli-
quias ex p̄terita comeſtiōe adhe-
rens dentibꝰ. Sic ſi muſcā vo-
lantem glutiret quis. qꝛ nō ſum-
pſit vt cibum. ideo nō impediꝛ.
Impediunt tamē medicine ⁊ q̇d
quid volūtarie ab extrinſico ac-
cipitur in via ſtomachi. Ut vult
Sco. diſt. 8. q̄rti. q. 3. Dixi no-
tanter ieiuniū nature. Aliud em̄
eſt ieiuniū nature. aliud eccleſie.
Ieiuniū nature ē carētia cibi ſu-
ſcepti i ſtomachū vł in via ad ſto-
machū a ꝓncipio diei a q̄ q̇s ḋꝛ ie-
iunꝰ. Cibi dico ſm durādū hoc
eſt cuiuſcūqꝫ rei q̄ nutrire pōt. ſi-
ue i ſe. ſiue alteri ꝯiūcta. Ieiuniū
eccl'ie eſt q̄ aliq̇s vnā comeſtionē
vniꝰ diei nō trāſgrediꝛ ꝑ ex̄ ordi

nariā refectionē ſm morē eccl'ie.
vñ ea q̄ ſumunt̄ ꝓpt alios cibos
deducēdos puta potū poſt pran
diū. vel digerēdos ſic̄ ſpēs medi
cinales aut electuaria. ieiuniū ec
cleſie nō ſoluūt. Ita nec medicia
q̄libet hora diei ſūpta. Nō ḡ ſuf
ficit eccl'ie ieiuniū ad digne cōi-
cādū ſed req̄rit̄ etiā ieiuniū natu
re ſaltē regulariter. Sic eni ait
Aug⁹. ad inquiſitionē ianuarij
et habet̄ de ↄſe. diſ. 2. Liquido.
Placuit ſpūiſctō. vt i honore tā
ti ſacramēti pri⁹ in os xp̄iani do
minicū corp⁹ intraret. q̄ꝫ alij cibi
ideo vbiq̄ꝫ mos iſte ſeruat̄. Pro
pter h̄ etiaꝫ in hodierna epiſtola
arguit apl'us. eos q̄ ebrij acceſſe-
rūt ⁊c̄. Qđ v̄o xp̄c poſt cenā tra
didit ſpeciale ē miſteriū. qđ nūc
reſcindo. Uerūtm̄ infirmis vbi
periculum eſt in mora. ne viatico
priuent̄ dandū eſt ſacramentuꝫ.
etiā poſt ſumptū cibum. vt habe
at ꝓficiſcens ex hoc mūdo q̄ du
catur ad terminū. Cauenduꝫ tm̄
eſt in infirmis ne cibū ↄtineri nō
poſſint ꝓpter vomituꝫ. in q̄ caſu
ſufficit eis ſpūaliter mādu care.
ſm illud Aug⁹. Crede ⁊ mandu
caſti. Sic đ ſctō Hugone legi-
tur. ꝙ in infirmitate fecit ſibi af
ferri ſacramentū eucariſtie. et cū
ſumere nō poſſet dixit. Aſcēdat
filius ad patrē. ⁊ ſpūs redeat ad
dñm q̄ dedit illū. Et ita viſo ſa-
cramēto vitā finiuit. ¶ C Ter
ciū qđ requirit̄ eſt. vt ſit ſine pec
cato mortali. Pro cuius intelle-
ctu āduertēdum ꝙ aliq̄s intellii-
git̄ eſſe i pctō mortali. ſm Sco.
diſ. 9. quarti tripliciter. Primo
mō dū actu exteriori vel interio-
ri iam mortaliter peccat. Et ille
modus poſſet multipliciter ſbdi
uidi. ſm ꝙ multipliciter actu in-
teriori ⁊ exteriori mortaliter con
tingit peccare. Peccant ſiquidē
mortaliter qui ↄtra preceptū aut
agunt aut agere vellēt ſi poſſent
vt q̄ actu fornicat̄ vl' vellꝫ cū iſta
fornicari ſi ↄſentiret Utinā hoc
ↄſiderarēt luxurioſi ⁊ ſupbi. qui
ſtatuūt ⁊ firmit̄ ꝓponūt p⁹ feſta
paſcalia voluptati opā dare aut
pōpe veſtiū aut ſcurrilitati vaca
re. q̄tin⁹ ab oib⁹ hoib⁹ tales aut
tales reputēt̄ ⁊ dicant̄. Nolētes
eſſe vllū pratū qđ n̄ ꝑ trāſeat co-
rū luxuria. Hij eni de facto pec-
cāt et pctm̄ volūtate et ſi nō ope
ↄſūmāt. Act⁹ eīm exteriores ipa-
ti boni vel mali ſūt et dicunt̄ de-
noiatiue ab actu interiore bono
vl' malo. Et ſi ſic cū taliſmodi ꝓ
poſito peccādi accedūt i mortali
pctō idigne accedūt. et cibū vite
ſibi faciunt cām et̄ne dānatiōis
volūtas ſiq̄deꝫ tal' efficax. a dño
ꝓ ope imputat̄. Itē q̄cunq̄ꝫ rē nō
ſuā ↄ volūtatē dni pſumptā ſer-
uat cū reſtituere pōt. nō eni ſolū
rapiēdo ṗmo mortalit̄ peccauit.
vez ſic ſuādo actu elicito peccat
actu mortalit̄. Sic q̄ plura poſſi
dent bn̄ficia abſq̄ꝫ legitīa cā eos
nō tm̄ corā hoib⁹ ſꝫ etiā corā deo
excuſante. Sic đ ſuātib⁹ apud

ſe inimicicias. et odia. ꝑ que vo-
lunt actualiter ꝓximis mala per
modū vindicte etiā ſi nō inferāt
actualiter. apud deū qui corda
ſcrutatꝛ mortaliter peccāt. ¶ Itē
qui ꝓponit in futurū adhuc trāſ
gredi ꝑcepta faciendo actū ꝓhi
bitum. qꝛ vult poſt feſtū fornica
ri. ludere. vēdere. emere in die fe
ſto. aut aliter ſabbatuꝫ violare.
decipere ꝓximū. mentiri. iurare
ieiunia eccleſie ſoluere ꝛc̄. vel ne-
gligendo qđ facere tenetur puta
non vult ſubuenire parentibus
cum indigēt. vult nō audire miſ
ſam in die dn̄ico ſi laicus fuerit.
aut ſine cauſa ſe abſentare a di-
uinis officijs. matutinis. horis.
veſperis. dū ad illas rōne benefi
cij tenetꝛ. ſed inſiſtere venatiōib9
ludis. ꝫechis. dum diuina cātā-
tur. ſomno. laſciuijs ꝛc̄. omēs il-
li actu dum ſic volūt mortaliter
peccant. ¶ Item qui de aliquo
prius cōmiſſo mortali cū ad me-
moriam venit licet illud repetere
nolit. tñ i cōmiſſo ſic delectatꝛ ꝓ-
pter ſe. vel ꝓpter aliqđ ꝯſequēs
ipm qđ placet ꝙ nollet ſe nō con-
miſiſſe hoc peccatū. ſicut q̇ vſura
vel ludo aut fornicatione ditati
ſunt. q̄ꝫuis āmodo nō ludāt aut
vſuram cōmittant. nollent tñ ſe
nō hoc egiſſe vnde nūc abundāt
Sic q̇ ex fornicatione aut adul
terio pueros q̄s modo diligunt
nollent ſe nō adulteraſſe. ne pue-
ris careant. Omnes iſti quotiēs
ex hac vel alia rōne peccatū com
miſſum adhuc placet actu poſiti
uo nouo. Totiens de nouo mor
taliter peccant. ¶ Item quicūqꝫ
ſuis peccatis mortalib9 ꝓximos
ſcādaliſarūt. de hoc Sco. li. 4.
di. 13. q. 2. j. ſeruātqꝫ adhuc apđ
ſe occaſiōes vñ ꝓximus ſcanda-
lizatur. Sicut qui in publico ſe
dēt in ꝯcubinatu aut adulterio.
ſiue laici fuerīt. ſiue clerici qđ lō
ge peius eſt. Ab actu quidā incō
tinentie abſtinēt ſed ſcorta ſecuꝫ
in domo publice nutriūt. vñ ad
ſimilia peccata ꝓximos ꝑtrahūt
aut ad iudicandū occaſionē pre-
ſtāt. Quis eni nō iudicaret ad-
ulterū qui ſecum fouet cum qua
noſcitꝛ adulteraſſe? Tales etiam
ſic apud ſe tenēdo ſcorta actu po
ſitiuo agunt ꝯtra ꝓximi carita-
tem. et peccant mortaliter. qꝛ ſcā
daliſant. maxime dū veriſimilitꝛ
ꝑſumunt alios ſic ſcandalizari.
aut ꝑſumere deberēt. ¶ f Itē
q̇ peccatis mortalib9 alioꝝ cōſen
tiūt formaliter. qꝛ placet eis pec-
catum mortale alterius. forte ꝓ-
pter ꝑſone diffamiā quā nō dili
gūt. aut aliam quācunqꝫ cauſaꝫ
Vel interꝑtatiue qꝛ eū in pecca-
to fouet. āminiculū ꝑſtando. do
mos cōcedendo. aut inſtrumēta
ſine quibus nō peccaretꝛ. vt q̇ for
nicarijs aut luſorib9 domos lo-
cant. aleas aut taxillos porrigūt
et ſic de alijs. Item qui peccata
publica dum ſine maiori pericu-
lo ꝓhibere poſſent nō ꝓhibent.
dum ad eorum ſpectat officium.

Sicut principes nedū raptores
nō fouentes. ſed in ſuis territo/
rijs cū pn̄t nō ꝓhibentes. ꝓpter
qḋ ſm multos ad reſtitutionem
tenent̄ ſic ꝑ alios ſpoliatoꝝ. Sic
qui in ſuis cōmunitatibꝫ vel lu/
dos fouent. aut vſuras ꝓpt̄ pec/
cunias q̄s inde ꝑticipant. vel a/
liter in mortali publice viuentes
quos emēdare poſſent. maxime
p̄lati ſpūales qui ſuꝑ ſalute gre/
gis cōmiſſi vigilare tenent̄. Hēs
iſti cum ex ꝓpoſito ꝛ actu elicito
hec faciunt vel negligūt a morta
li nō excuſant̄. qꝛ faciēs et ꝯſenti
ens par pena cōſtringit. vt elicit̄
ex verbis appoſtoli. Ro. j.
Itē oēs q̇ hn̄t officia q̄ ſine mor/
tali exerceri nō poſſunt. q̄ꝫdiu il/
la tenent voluntate et actu elici/
to in pctō mortali ſunt. exempla
patent ſicut patroni turpitudis
et ludoꝝ. coadiutores iudeoruꝫ
maxīe in vſure extorſiōe. Nō em̄
a malo ſolū ſꝫ ab oī ſpē mali ab/
ſtinēduꝫ fore docet ap̄l'us. Sic
qui in ceterꝭ mortalibꝫ ſuꝑbia a/
uaricia ꝛc̄. publice ſcandalizāt.
Et omēs iſti iam dicti et ſimiles
q̄ꝫdiu in tali ſunt ſtatu ꝛ ꝓpoſito
nequaq̄ꝫ accedere debent ad dn̄i
cenam. qḋ ſi fecerint indigne ſu/
munt. ſeqꝫ ſm ap̄l'i v̄ba reos cō
ſtituūt corporis ꝛ ſanguinis dn̄i
☞ S Scḋo mō dicit̄ ali/
quis eſſe in pctō mortali. qꝛ mor
tale vel mortalia cōmiſit. de quo
vel quibus poſtea non penituit.
qꝛ de eis non cogitauit. nec mo/
do memoriā habet. ſed ignorat.
Et tunc ſm Sco. vbi. ſ. de hac
ignorātia diſtinguēdū eſt. qꝛ vel
eſt affectata qꝛ placet ſibi ignora
re. ne forte ſi noſceret. confiteri
teneret̄. aut ſi nō placet ignoran
tia. eſt tn̄ craſſa. qꝛ noſcere poſ/
ſet ſi diligenter inquiſitionem fe
ciſſet. Et in vtroqꝫ caſu nō excu/
ſat̄ a nouo mortali ſi ſic accedit.
licet minus peccet in ſcḋo q̄ꝫ in ꝓ̇
mo. Et eſt ratio. qꝛ dic̄ ap̄l's. ꝓ/
bet aūt ſeipm̄ homo. ꝛ ſic poſt ꝓ
bationem de pane illo edat. ꝛ de
calice bibat Tenet̄ eni homo ait
Sco. ſe examinare ſm diligen/
tiam nr̄e fragilitati poſſibilē. an̄
q̄ꝫ cōmūicet. Quanta aūt hmōi
inquiſitiōis diligētia eſſe debet
declarat idem diſ. 17. dicēs. In
telligo. tantā inquiſitionē q̄ꝫtaꝫ
aliquis apponeret circa aliquid
multū arduū. qḋ ſibi multū eſſet
cordi. apponere debet circa oīa
peccata mortalia ad memoriam
reducenda. Conſideret iam qui
libet q̇d agat ꝓ re ardua et mul/
tū cōcupita adquirenda. Quid
rogo faceretis ſi ꝓ quolibet mor
tali cōmiſſo poſt nouiſſimā con/
feſſionem ad memoriaꝫ reducto
eſſetis decem florenos habituri.
puto diligenter cogitaretꝭ ꝑ ſin/
gula tꝑa interim defluxa q̇d ege
ritis. in quib⁹ locis fueritis. cuꝫ
quibus ſocietatibꝫ ꝯuerſati fuiſ
ſetis. qualibus exercitijs. labori
bus. negocia tōibꝫ. implicati fue
ritis. vt ſic ſinguli actus memo/

rie reuocent̃. Ualent ad memori
am de actibus preteritis haben⸗
dam plurimum. ſi ordinate tem
pora. loca. ſocietates. exercicia.
⁊c̃. recogitent̃. Jta et nunc agen
dum erit dum celeſtis theſaurꝰ
ꝑponit̃ adquirẽdus. Pauci ſũt
timeo huiuſcemodi diligentiam
facientes. quare ⁊ verẽdũ ne mlꝰ
ti accedant indigne. ¶ h Si
aũt ignorantia nõ fuerit affecta
ta aut craſſa. ſed facta eſt diligẽ
tia qualis nunc deſcripta eſt. et
nullũ occurrit mortale peccãtũ
de quo nõ fuit vel ſit contritꝰ et
cõfeſſus prius. nõ peccat cõmu⸗
nicando. etiã ſi aliqđ mortale la
teat aut traditũ ſit obliuiõi. Et
ꝓbat hoc tripliciter. Tũ qꝛ poſt
talem inquiſitionem ſi cõtritus
et ꝯfeſſus morerer̃ ſaluaret̃. non
aũt requiritur maior examĩatio
ãd digne cõmunicandum. q̃ʒ ſe⸗
cure moriendũ. Tum qꝛ alias q̇⸗
libet exponeret ſe ꝑiculo cõmuni
cando. Si enim plus requirere
tur puta ꝙ cõmunicãs eſſet in ca
ritate. cum de cõmuni lege hõ đ
ſe ignoret ſi ſit in caritate. Ne⸗
mo ſiquidẽ ſcit an odio vl' amo⸗
re dignus ſit. Eccĩ. 9. Et delicta
quis intelligit dic̃ ꝓpħa. iõ orat
ab occultis meis mũda m. d. ⁊c̃.
Homo cõmunicando exponeret
ſe ꝑiculo neſciẽs an illo actu pec⸗
caret. Tũ tertio qꝛ tũc nõ eſſet ſa
cramentũ viatoris. talis enĩ cer⸗
titudo nõ ꝯuenit viatori. Qua⸗
ꝓpter hac inquiſitõis diligẽtia

facta. cũ ꝯtritiõe ⁊ ꝯfeſſiõe ꝑnĩa.
ſi cõicet non peccat. imo ſi q̄ alia
pctã lateant ꝑ iſtiꝰ ſacr̃i virtutẽ.
aut ad memoriã reducunt̃ vt pe
nitere poſſit aut remittunt̃. ꝯcor
dat Tho. ¶ J Tercio mõ ali⸗
q̇s đꝛ eſſe in pctõ mortali. qꝛ et ſi
de illo mortali pctõ penituit vel
actu penitet. nõ tñ cõfeſſus ẽ nec
abſolutꝰ i foro eccl'ie. De iſto di
cit Sco. concor. Pe. de tharã.
et albertꝰ magn. vt habet̃ i ſum.
ꝯfeſſ. li. 3. ti. 24. q. 70. Jtẽ Ger
ſon i floribꝫ c. de pnĩa ⁊ in tripti
to de ꝯfeſſ. Q: talis tenet̃ prius
ꝯfiteri. ⁊ nõ ſufficit ſola interior
pnĩa. cuiꝰ rõ eſt. qꝛ ſacr̃m vnitatꝭ
eccleſie nõ digne ſuſcipit niſi qui
etiã eccleſie recõciliat̃. Etiã iõ or
dinauit eccl'ia vt in paſchate oĩs
vtriuſqꝫ ſexꝰ oĩa ſua pctã ꝯfiteat̃
q̃tinꝰ tũc digne cõicet. Et eadeʒ
rõne q̃cũqꝫ tꝑe ãni cõicet. qꝛ vbi
eadẽ rõ ibi põt eſſe idẽ ius. De ħ
etiã Hug. in li. de ptãte li. et ſol.
Audacter dico. ſi añ ſacerdotis
abſolutionẽ ad cõmunionẽ cor⸗
poris ⁊ ſanguis xꝑi q̇s acceſſerit
ꝓ certo ſibi iudiciũ manducat ⁊
bibit. etiã ſi eũ iam multũ penite
at. ⁊ vehemẽter doleat ⁊ ingemi⸗
ſcat. Hoc tñ verꝫ eſt ſm Sco. ni
ſi neceſſitas celebrandi aut vita⸗
tio ſcandali in ꝓrimo excuſet.
Propter hec enim dũ cõfitendi
oportunitas nõ occurrit. põt cũ
ſola penitentia interiori ⁊ propo
ſito confitendi accedere. Si tñ
poteſt cõmunionẽ ſine ſcandalo

ꝓximoꝝ differre. tenet̄ nō cōmu
nicare. donec ꝯſequit̄ abſolutio
nem ſacramentalē. Sic de eo q̄
iam indutus eſt. ac officiū miſſe
incepit ⁊ occurrit ſibi mortale n̄
dū ꝯfeſſum ſi nō poteſt ſine ſcan
dalo ceſſare. debꝫ ꝓcedere. Sic
ſi alicui iam ꝯſtituto in itinere ꝑ
pe altare. dū alijs eucariſtia por/
rigitur. incidit mortale ⁊c̄. Sꝫ
caueāt ne ꝯfeſſionē ad illū pun/
ctum voluntarie differāt ne etiā
dum habere poſſent copiā ſacer/
dotū. dum in breui iminet neceſ
ſitas celebrādi nec tn̄ tūc ꝯfiteā/
tur. Debet enī cōicaturus matu
ro tp̄e an̄ cōmunionis tp̄s quere
re ꝯfeſſorem eum abſoluere potē
tem. Et ſi talis occurrat. ſitqꝫ ve
riſimile talē vel alium ſe h̄re non
poſſe poſtea an̄ tp̄s cūmunionis
tenet̄ tūc ꝯfiteri. Cōtra qđ plu/
rimi agūt ⁊c̄. ¶ K Quarto p̄n
cipaliter req̄rit̄ vt cōmunicatur⁹
nō habeat impedimētū aliqđ ꝓ/
pter qđ ſpecialiter ſit ꝓhibitus.
vt q2 excōicatus. vel ſuſpenſus.
aut interdictus. aut aliud tale q̄
ꝯm̄r ꝓhibent̄ ⁊ ꝓnunciant̄ i par
rochijs. Tales em̄ ꝯ ꝓhibitionē
eccleſie accedētes aut ſuoꝝ ſupio
rū. nō eſt dubiū q̄n g̃uiter peccēt
¶ Quīto req̄rit̄ deuotio actual'
vel v̓tualis ſaltē talis. ꝑ quā hō
ꝑcogitat q̄d ſumere velit. vt cum
debita reuerentia ⁊ timore acce/
dat. Alioq̄n nō diſcerneret cor/
pus dn̄i ab alio cibo. debet inq̄ꝫ
diſcernere vt reuerēti⁹ deuoti⁹ ⁊
attenti⁹ ſumat. cogitās quis ſit
quē mādūcat. vt vult aplus. Ue
rum ſi in ipſa ſumptiōe diſtrahi
tur. forte ex timore vel cogitatio
ne volante. iam nō indeuote di/
citur ſumere dū nō placet ſed di
ſplicet diſtractio. Manet enim
deuotio virtualis ⁊c̄. Alia q̄ ad
digne ſcđo mō requirunt̄ que a/
lias pn̄t dici de congruo requiri
relinquunt̄ ꝑ futuro ſermone ſi
placet. cum declaratiōe q̄ꝫtitatis
pcti indigne ſumentiū.

¶ In cena dn̄i ſermo. II. i
ordine. XX. ad eucariſtie
ꝑceptionē preparatorius

## Qui mandu

cat et bibit indigne
iudciū ſibi mādūcat et bi/
bit. nō diiudicans corpus
domini. j. Cor. ii.

¶ A Adeſt tempus illud
ſacratiſſimum fratres dilectiſſi/
mi. quod toto hoc quadrageſi/
mali labore. quaſi vigilia qua/
dam (vt feſtum) ꝑuenimus cele
brandum. In quo manducatu/
ri ſumus agnum paſchalem. nō
illuꝫ veterem iudaici populi. qui
ſumptus abſumitur. ſed paſcha
nouum. paſcha noſtrum. quod
immolatus eſt chriſtus. Agnum
viuum qui dudum pro nobis oc
ciſus. vltra non moriturus reui/
xit. Qui ſemper in eis qui ſe di/
gne ſumunt et viuit et vitam ſi/
ne termino tribuit. dū ſibi ipſi q̄